

ARMYTAGE
SIR GEORGE JOHN
BARONET, F.S.A.
Semper paratus

ANTIQVISSIMI
VIRGILIANI CODICIS
FRAGMENTA ET PICTURAE
EX
BIBLIOTHECA VATICANA
Ad priscas Imaginum formas
A PETRO SANCTE BARTHOLI
INCISAE
ROMAE EX CHALCOGRAPHIA R. C. A.
APUD PEDEM MARMOREUM
A. S. CIↃ IↃ CCXLI

Ex Codice Vaticano 3867.

BENEDICTO. XIIII
PONTIFICI. MAXIMO
BONARUM. ARTIUM
OMNIUMQUE. DISCIPLINARUM
PATRONO. ATQUE. ASSERTORI
DOCTISSIMO. SAPIENTISSIMOQUE
IN. OBSEQUII. GRATIQUE. ANIMI
MONUMENTUM

JO. DOMINICUS. CAMPIGLIA
CHALCOGRAPHIAE. C. A. PRAEF
OPUS. HOC
SEQUE
D. D. D.

Ex Codice Vaticano 3867.

LECTORI HUMANISSIMO.

Nter celebriores admirandae Vaticanae Bibliothecae Codices praecipuum ferme locum sibi vindicant membranacei duo, qui P. Virgilii carmina continent; alter quidem ferme integer Bucolica, Georgica, & Aeneidem, alter vero miserrime detruncatus quaedam tantum horum operum fragmenta, quum barbarorum hominum incuria, vel avaritia maximo bonarum literarum detrimento cetera interciderint. Hic tamen mancus, multisque suis partibus diminutus Codex si hoc nomine prae illo priore postputandus est, alia tamen de causa praeferri eidem debet, quod variis picturis ad rem pertinentibus, de qua in illis paginis agitur, ornatur, quae quum tantae antiquitatis sint, ac tanta diligentia illius temporis cultum, arma, vestes, amictus, sacros ritus, moresque varios exprimant, ejusdem merito auctoritatis habitae fuerunt, quod ad eruditionem spectat, ac si anaglyphi, lapidesque forent ab antiquis artificibus incisi, aut exculpti. Hinc est quod aliquoties earum exemplo docti viri suas confirment conjecturas, veluti Senator ille in antiquorum artificum mente internoscenda vaserrimus Bonarrothius in suis operibus saepe ac multum fecisse videtur. Has igitur picturas aere incidendas curavit Camillus Cardinalis Maximus literarum bono natus, atque ad eam rem usus est Petro Sancte Bartholo Lucensi, quo nemo fortasse umquam gentium fuit insignior, vehementerque dubito futurus ne aliquando sit, qui majore ἀκρίβεια, ac perfectione Graecorum, Romanorumque operum, quae supersunt, vestigia ære excudat. Verum etsi prior ille Virgilii Codex minoris hoc posteriore putari debeat; suis tamen & ille picturis non caret, quas idem Bartholus iis adjecit, quas ad Fragmenta alterius codicis apposuit, quaeque in hoc libro videri possunt pagg. 5. 29. 41. 43. Quum autem has Tabulas in praesentia vulgare statuerimus (pauca enim exemplaria usque adhuc prodierant) operae pretium nos facturos putavimus, si illis adderemus Virgilii, quotquot in eo Codice invenirentur, carmina, eadem prorsus scriptionis forma, & ortographia, & cum ipsismet librarii erroribus, aut correctionibus. Hinc enim eruditi pro libito quique suo suas poterunt conjecturas facere, verumque summi poetae sensum, aut scriptionem aucupari, quae quamvis nonnullis aliquando absona videri possit, eam tamen cum antiquioribus libris, vel cum ipsis autographis convenire

venire ſaepe reperient. Sexcentis aliis praetermiſſis, hoc uno tantum contenti exexemplo rem planam faciemus. Pag. 26. v. 8. AENA, ſicut in codice legitur, abſque aſpiratione vulgavimus; nam quamvis male fortaſſe nonnullis ſcriptum id videatur, tamen memoriae proditum eſt, Fidum Optatum magni nominis grammaticum A. Gellio ſecundi Aeneidos libri mirandae vetuſtatis codicem oſtendiſſe emptum in ſigillariis xx. aureis, quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat, in quo hi duo verſus ita ſcripti erant, ut in noſtro Codice:

Gell. l. 2. c. 3.

VESTIBULUM ANTE IPSUM PRIMOQUE IN LIMINE PIRRHUS
EXULTAT TELIS ET LUCE CORUSCUS AENA

Quum autem caſu, vel potius neceſſitate quadam acciderit, ut ſemper operibus typographicis adeſſe nequiverim, factum idcirco eſt, ut in hanc editionem nonnulla irrepſerint ſphalmata. Quare ne cum illis, quae librarius in antiquo codice ſparſerat, confunderentur, brevibus quibuſdam notis, in fine libri appoſitis, cautum eſt.

Quod autem ad hunc eximium Vaticanae Bibliothecae Codicem ſpectat, ſcriptus videtur, ut e forma characterum apparet, eodem ſeculo ac codex ille Mediceus ejuſdem Virgilii opera continens, quem tam prolixe, & luculenter illuſtravit Eminentiſſimus Noriſius in Cenotaph. Piſan. p. 430. & cujus ſpecimen dedit clariſſimus Mabillonius de Re Diplomatica libr. 5. pag. 354. n. 4. ſecundae editionis. Hic autem Mediceus codex ſententia quidem Lucae Holſtenii viri eruditiſſimi ſcriptus apparet circa Valentis, aut Theodoſii tempora, ideſt circa finem IV. ſeculi; quamvis ille, ut vera fatear, antiquioris aevi eſſe videatur. Emendatus quidem fuit a Turcio Rufio Aproniano, qui Conſul exiit ann. 494. ut in Faſtis Conſularibus reperitur apud Theodorum ab Almelowen, qui tamen hunc confundit cum Turcio Secundo Aſterio, qui Conſul fuit ſub initium quarti ſeculi; ſed accuratius idem demonſtrant Noriſius Cenotaph. Piſan. p. 446. & Hadrianus Relandus. At ſcriptura ipſius Aproniani manu adpoſita ad calcem Bucolicorum, qua ſe librum illum emendaſſe teſtatur, recentior eſt, ut totus Codex multis annis vetuſtior Theodoſio exiſtimandus videatur. Quapropter etiam hunc noſtrum, qui illi coaevus eſt, primis Chriſtianae aerae temporibus ſcriptum fuiſse cenſeo, quade re judicium hic afferimus Emanuelis a Scheleſtrate V. C. & Bibliothecae Vaticanae praefecti, inter ipſiuſmet adverſaria repertum: *Anno 1686. die* XVI. *Septembris in Bibliotheca Vaticana coram R. P. Joanne Mabillonio Ord. S. Benedicti, D. Jo. Petro Bellorio, & me infraſcripto, viſus eſt Codex manuſcriptus ſub num. 3225. in eadem Bibliotheca ſervatus. Eſt in quarto quadratus, litteris majuſculis, nulla diſtinctione verborum conſcriptus, praeterquam in interpunctionibus, quarum quae in ſuperiori, punctum noſtrum: quae in medio, vel infimo loco ſunt, commata noſtra deſignant. Littera* A *abſque lineola tranſverſa* Λ. *littera* Γ. *ſemiclauſa: littera* U *ſemper rotunda: littera* I. *lineam ſuperiorem perbrevem: littera* G. ς *virgulam inverſam: litterae* E *&* F *quaſi puncta pro lineis tranverſis habent: Continet ubique imagines coloribus effictas, quae ſeculo Conſtantini ſuperiores videntur, & forte ad tempora* SEPTIMJ SEVERI *ſpectant, quum in iis non ſolum conſpiciantur templa, victimae, aedificia, biremes, pilei Phrygii, habitus, aliaque ad Trojanorum, & Romanorum ſacrificia pertinentia, ſed etiam lineamenta perfectiora, quae melioris, & ſuperioris aevi aetatem indicant. Quinimo pictor harum imaginum, videtur ſecutus fuiſſe ideam nobilioris, & antiquioris pictoris, nihilque in iis exhibetur, quod primam Romani Imperii majeſtatem non redoleat.*

Emanuele a Scheleſtrate.

Haec

Haec autem de aetate hujus Codicis dicta sint: quod vero sub Sept. Severo scriptus fuerit, potest praecipue etiam ex litera G conjectura quadam probari, eodem plane modo efformata, ac in horologio solari ejusdem aetatis, quod brevi V.C. Baldinius T. 3. differt. Academiae Cortonensis illustrabit. Hic vero Codex vario tempore varios nactus est dominos, eosque eruditissimos. Fuit enim, ut in fronte libri notatur, Joviani Pontani, dein Petri Bembi, postremo Fulvii Ursini Bibliothecae Vaticanae Praefecti, quem una cum aliis quamplurimis exquisitissimis Codicibus eidem Bibliothecae dono dedit. Hunc autem seu non viderunt, seu uti mancum neglexerunt Aldus, & Pierius Valerianus, qui ambo Vaticanos Virgilii Codices excusserunt. Etenim Aldus in sua Orthographia testimonia ex Codice Carpensi adducit, qui tunc in Vaticana adservabatur, nunc in Medicaeo-Laurentiana Bibliotheca, de quo superius verba fecimus. Pierius duos potissimum Codices Vaticanos laudat, alterum quorum *oblongum* nominat, ac ad v.143. lib.5.Aen. Pomponii Laeti delicias fuisse dicit, quemque in praesentia nullo pacto reperire datum fuit: alterum 3867. qui *Romanus* ab ipso appellatur, quem summis laudibus effert Mabillonius eodem libro *De re diplom.* lib.5. pag.352. ejusque caracterum specimen praebet, adfirmatque eos accedere *ad primam aetatem scripturae Romanae*. Neque vero hos Codices vidisse arbitror Achillem Statium, nam in notis ad Catullum carm. IV. utrum *phasellus* scribendum sit, an vero *phaselus* cum unico L, disputans, ait, *auctoribus libris duobus antiquissimis Vergilii, Vaticano, & illo altero Rodulphi Pii Cardinalis Carpensis*, scribendum esse *phasellum*. Verum in his Codd. Vatic. libr. 4. Georg. v.289. *phaselus* legitur, non *phasellus*. Pierius autem quamvis cum hoc Cod. 3867. contulerat, quam ornabat, Virgilii editionem, ipsum tamen iterum contulimus cum editione Leidensi anni 1680., quod multæ variantes lectiones a Pierio omissæ fuerint, & multæ ipsius effugerint diligentiam. Nos vero hunc potissimum Codicem selegimus, quod in ipso nonnullæ sint picturæ, quarum hic ectypa damus, ut supra animadvertimus, & fortasse quis optasset, ut totum Codicem exhiberemus, ut factum est de Codice 3225. Verum ne liber nimis excresceret, solas in fine variantes lectiones exhibemus, quæ idem præstant, ac si totus transcriptus esset Codex, qui & ex charactere, & ex picturis etiam non tantae antiquitatis esse videtur, quantæ sunt, quæ hic præcipue in lucem prodeunt Fragmenta. Quamplurimi præterea alii in Vaticana Bibliotheca extant Virgiliani Codices; inter quos nonnulli spectatissimæ antiquitatis, ac unus non inferioris notæ, quam sit hic Codex 3867. scilicet Palatinus n.1631. cujus characterum specimen adferimus; quos omnes siquis exscribere, vel saltem conferre cum editis libris vellet, nae ille improbum imprimis laborem, maximamque pecuniae vim copiamque impenderet. Verumtamen omnium supra nominatorum Codicum indiculum texere non abs re esse putavimus; immo vero rem gratissimam nos tibi esse facturos, humanissime Lector, credidimus. Indiculus autem sic se habet:

Codex Vaticanus 3225. membranaceus.

Hic ille est Codex, cujus Fragmenta ad verbum exscripta huc transferenda esse censuimus, & de quo praecipue nobis est institutus sermo. Hoc præclarum antiquitatis monumentum non sine admiratione vidit celeberrimus Mabillonius, & de eo sic ait in suo Itinere Italico p.63. Tom.1. *Ex Latinis Virgilius, quanti vis*

pretii cum figuris, antiqua ſacrificia, & alia id genus reconditæ Gentilium eruditionis tam perite, & eleganter exprimentibus, ut Conſtantini M. tempus ſuperare videantur. Has figuras Cardinalis de Maximis in aere incidi curaverat, totum Virgilium itidem genuine expreſſurus, niſi mors ipſius conſilia prævertiſſet. Littera U quadrata paſſim illo in Codice occurrit. Quod autem in mentem venit ampliſſimo huic Cardinali, nec executioni mandare potuit, nos effeciſſe gaudemus.

Codex Vaticanus 3867. membranaceus.

De hoc Codice pariter ſatis ſuperque loquuti ſumus. Ipſius ſpecimen publici juris fecit idem Mabillonius Tab. VI. num. 1. *De re diplomatica*, ubi lib. 5. pag. 352. ſic habet: *Romanam ſcripturam primæ ætatis exhibuimus in tabella prima; hic damus ſecundariam, in qua primum locum obtinet Virgilius Vaticanus, uncialibus litteris exaratus &c. Hoc Virgilio Aldus Junior in libro ſuo de Orthographia uſus eſt, uti apparet ex pag. 35.* AMOENUS, *inquit* cum libri veteres, Virgilius Carpenſis, & Vaticanus, & lapides, *& pag.* 728. SOLLERS duplici LL. Martianus lib. 3., libri veteres, Virgilius Carpenſis, & Vaticanus, & lapides. VOLCANUS *etiam ex eiſdem probat pag. 789. Adde* FORMONSUM *pro* FORMOSUM. &c. *Vaticanus hic accedit ad primam ætatem ſcripturæ Romanæ.* Verum fortaſſe illi ſcripturae propior eſt alter ille Codex 3225. Hunc ipſum Codicem meritis laudibus celebravit eruditiſſimus P. Montfauconius, hujus noſtræ ætatis inſigne decus, qui ſummo reipublicae literariae detrimento non ita pridem deceſſit, in Diario Italico p. 277. his verbis: *Monſtrant ibidem Virgilii Codicem remotiſſimæ vetuſtatis, unciali charactere, cum figuris miniatis non peritæ manus. Dum evolverem, comperi olim fuiſſe B. Dionyſii, nam in quarto folio legitur:* Iſte liber eſt B. Dionyſii, *quæ manus XIII. ſæculum præfert; & ne dubium ſuboriatur, ad quem S. Dionyſium pertinuerit, quaedam* fol. 76. *conſcripta, B. Dionyſium in Francia indicant; ubi enim a Virgilio tempeſtate jactatus Aeneas deſcribitur, hæc vernaculo idiomate, eodem circiter quo ſuperiora ſæculo conſcripta, leguntur:* Vechi comme les gens les quiex eſtojent en la mer eſtojent tourmentes pour le pechie d'une ſeule cheſt a ſavoir Juno; *alio quoque loco legitur:* Courtois. *In equitum figuris, ephippia ſcandulam non habent.* Ubi autem (p. 76.) Cl. V. legit *Courtois*, revera ſcriptum eſt: *Jean Courtois*. In fine autem hujus voluminis ſcriptum erat: *Iſte liber eſt Eccleſiae S. Sionis*, vel *S. Simnis*, nam character pene evanuit.

Codex Vaticanus 1570. membranaceus.

Quadrata forma, & minuſculis literis ſcriptus x. vel xi. ſeculo, cui ad margines adpoſitæ ſunt Servii grammatici Expoſitiones. Prima pagella periit, atque a verſu; *Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi*, incipit. Expoſitiones Servii videntur eadem forma characteris ſcriptæ, nigriore tamen atramento, ut quamvis antiqua, non ejuſdem temporis ſcriptura appareat: quod etiam confirmatur, quia paſſim interruptæ ſunt nonnullis parvis adnotationibus, quæ, antequam Expoſitiones Servii ſcriberentur, in margine Codicis exſtabant, quæ etiam eadem manu ac textus ſcriptæ cenſentur. In fine Eclogarum librarius adpoſuit: *Publii Virgilii Maronis carmen Bucolicon explicit, in quo Teocritum vicit.* Ultra vero tertium librum Georgicorum Expoſitiones Servii non procedunt, quemadmodum quædam breves notulæ interlineares, quæ incipiunt a primo Georg. uſque ad ſex-

ſextum Aen. ſine interruptione, poſtea ſparſim apparent. In principio uniuſcujuſque libri adeſt argumentum. In fine autem hujus Codicis ea, quae ſequuntur.

I. *Carmen Octaviani Cæſaris de Virgilio.* Incip. *Ergone ſupremis potuit &c.*

II. *Conflictus veris & hyemis.* Incip. *Conveniunt ſubito cuncti de montibus altis.* Explic. *Salve dulce decus cuculus per ſecula ſalve.*

III. Teſtimonium Rahingi Monachi Flaviniacenſis, quod hìc apponam corruptum, ut in Cod. *Inenarrabili alacritate perventus, ego Rabingus Monachus ex Flaviniaco monaſterio, levitaque ſimul, exigente omnium utilitate fratrum publicæ rei, dum fungerer officio, malui colligendorum librorum ſtudio mancipari, quam otio deſipiſcens, torpere ignavia, ſimulque aliis meam prodere inſitiam, utque enim forinſecus actio carnalium ſive labilium augebatur curarum, multo magis intrinſecus ſpiritualium ſemperque manſurarum augmentaretur providentia rerum. Et quoniam inopiam quorundam abſentium voluminum providebam adfuturam, pene deficientibus ſcriptoribus, qui ſe huic operi cum ſedulitate intermiſcere vellent, tum ego adhibita omni celeritate mearum virium percontatus ſum memet hujuſmodi interſere officio, ne quando ſtudium peritiæ, pondere pergravaretur inſitiæ. Hoc quoque intuitus caracteri præſentis libri cunctis oſtentat aſpicientibus. Quem ego devoveo Domino, & Sancto Petro perpetualiter permanſurum per multa curricula temporum propter exercitium degentium puerorum, laudemque Domini, & Apoſtolorum Principis Petri. Definitius autem viſum eſt mihi hunc codicem carminum Virgilii poetae hoc in loco ſervari, jugiterque in eo, quae neceſſaria ſunt meditari, quam a quoquam fraudulenter alienari, qui ſi fecerit, in die magni judicii damnationem ſui reatus ſumet æternam. Tu vero, ſtudioſe lector, quicunque hoc perſpexeris, memento mei, & dic: A porta Inferi erue Domine animam famuli tui Rahingi.*

IV. Deinde quaedam Elegia, quae eadem ſenſa continet, ſed carmine admodum infelici. Incip. *Omnipotens aeterne Deus, qui lumina Phœbi.*

Cod. Vat. 1571. *membranaceus ſecul.* XIIII.

Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden Virgilii. Nonnullis notis marginalibus, atque interlinearibus ornatur. Unicuique Georgicorum, atque Aeneidos libro praefixa ſunt argumenta eadem, quae in Cod. 3867.

Cod. Vat. 1572. *membran. ſec.* XV.

Habet Bucolica, Georgica, & Aeneiden ſine ullis notis. In principio librorum tam Georgic. quam Aen. exſtant argumenta uniuſcujuſque libri, ut in Cod. 3867. ac in fine Georg. argumenta totius Aeneidos duodecim verſibus comprehenſa, quæ incipiunt: *Primus habet Libycam veniant ut Troes in urbem;* quae etiam edita ſunt a Scaligero ſub Baſilii nomine poſt Catalecta Virgilii. In fine Codicis: *Diſtichon quod de ſe fecit*:

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Dein vero teſtimonium Propertii: *Cedite Romani ſcriptores &c.* ac tandem: *Sulpitii quoque Carthaginenſis extant hujuſmodi verſus*:

Juſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius: Phrygium quae cecinere ducem.

Tucca

Tucca vetat, Varusque simul, tu, maxime Caesar,
Non finis, & Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et pene est alio Troja cremata rogo.

Cod. Vat. 1573. *membranaceus sec.* x.

In hujus Codicis scriptura nonnullae literae Longobardicae intermixtae sunt, nempe a, e, r, t. Adsunt in margine, atque inter utrumque versum notae neque ejusdem characteris, neque ejusdem aetatis. Adsunt etiam argumenta, ut in Cod. antecedente; sed non ultra libr. v. Aeneid. procedunt. Hic Codex mancus est in fine, sed suppletus est recentiore manu sec. xiv. a v. 372. lib.7.

In libro 2. Aen. deest versus 567. *Jamque adeo super unus eram &c.* usque ad versum 588. *Talia jactabam &c.* Duo hæc, & viginti carmina, omissa fuisse in omnibus veteribus Codicibus, quos viderat Pierius, jam ipse notarat. Vide quoque, quæ super his versibus habet Taubmannus, & quæ Jul. Caes. Scaliger Poetices l.3. cap. xii. Leguntur tamen in Cod. 1572. utpote non admodum antiquo, ac in nonnullis aliis.

Cod. Vat. 1574. *membranaceus sec.* XII.

Totus scatet notulis qua marginalibus, qua interlinearibus non unius manus, cum argumentis ad singulos Georgicorum, & Aeneidos libros, iisdem, quae in Cod. 3867. & quae habentur in Catalectis Virgilianis primo loco. In fine legitur, sed, ut videtur, alia manu I. Moretum. II. Copam. III. Est, & Non. Incipit: *Est & Non cuncti monosyllaba nota frequentant*. Definit: *Murmure concluso rabiosa silentia rodunt*. Quod Epigrammation legitur in nonnullis Operum Virgilii editionibus, veluti in editione Basileae per Henricum Petri 1561. in f. & Romae per Udalricum Gallum, & Simonem de Luca 1473. f. IV. *Vir bonus* Adest in superioribus editionibus. V. *Rosa*. Hæc quoque Elegia edita in supra memoratis editionibus. VI. Epigramma illud in Priapum, quod incipit: *Quid hoc novi est? quid ira Deum nunciat?* A criticis jam notatum fuerat, hoc in antiquis libris seorsim reperiri ab aliis in Priapum lusibus, sub Virgilii tamen nomine. VII. *Incipiunt carm. Octaviani C. de Virgilio qui dixit opus suum igni comburendum*:

Ergone supremis potuit vox improba verbis,

& reliqua, ut habentur post Catalecta Virgiliana a J. Scaligero collecta. VIII. *Versus Ovidii Nasonis*. Incipiunt: *Virgilius magno &c.* Impressi sunt eodem loco, & non Ovidii, sed cujusdam Scholastici videntur. IX. *Incipit carmen tetrasticon O. Nasonis. Qualis Bucolicis &c.* Post hos quatuor versus, argumenta Georgicorum, quæ in fine Catalectorum leguntur, hic in ms. desiderantur. X. *Loquutio V. poetae contra Capellanum A. C. Nocte pluit tota redeunt &c.* Post celebre disticon appositi hic sunt hi duo tantum versus:

Sic vos non vobis vellera fera^s aves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.

XI. *Versus Asmenii super* xii. *Virg. libros*.

Primus habet pelagique minas, terraeque secundus,

Ter-

Tertius errores, & amores quartus Elissae,
Quintus habet ludos, sextus deducit ad umbras,
s.
Septimus Ausonios Aeneam, octavus & arma
Nonus Hirtaciden, decimus Pallanta peremit
Undecimus Tarchon damnat, pars ultima Turnum.

Quæ argumenta desunt inter tot a Josepho Scaligero collecta.

Cod. Vat. 1575. *membranaceus in fine sec.* XII. *scriptus.*

I. Codex hic fuit Angeli Calotii. In principio hæc habentur:
Incipiunt versus diversorum poetarum: in primis XII. *Sapientum hoc est Basilii, Asmenii, Vomani, Euforbii, Juliani, Hylarii, Palladii, Asclepiadis, Eusibenii, Pompejani, Maximiani, Vitalis &c.*
Pall. Sperne lucrum versat mentes vesana cupido &c.
Ac postea sequuntur undecim alii versus, in quorum margine, ut in hoc videre est, notatur nomen poetæ. Impressi sunt in edit. Basileæ 1561. p. 2035. cum hoc titulo: *De ludo*.

II. Distichon Virgilii: *Mantua me genuit &c.* ac præterea duodecim alia ejusdem argumenti, quæ exstant post Catalecta Scaligeri p. 40.

III. *Incipit Virgilii vita edita a Donato*. Incip. *Publius Virgilius Maro Mantuanus parentibus modicis &c.* Sed revera nil aliud continet, quam breve compendium vitæ a Donato scriptæ.

IV. Versus, qui habentur post Catalecta a Scaligero edita Antuerpiae 1575. in f. p. 36. Incip. *Temporibus lætis &c.*

V. Alii versus, qui ibidem p. 37. leguntur Augusto adscripti, & incip. *Ergone supremis potuit &c.*

VI. Celeberrima illa carmina: *Nocte pluit tota &c.* sed cum duobus tantum pentametris, idest:
Sic vos non vobis mellificatis aves:
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
At in margine additi sunt recenti manu alii duo versus similes.

VII. Argumenta uniuscujusque eclogæ soluta oratione. Incip. *Virgilius scripsit in honorem &c.*

VIII. Grammatici cujusdam de Virgilianorum carminum genere, ac ratione explanatio, quæ incipit: *Tres poëtas secutus est Virgilius*.

IX. Servii in Bucolica argumentum. Incip. *Bucolica ut ferunt &c.*

X. *Incipit carmen tetrasticon Ovidii Nasonis in libr. Bucolicon*. Incip.
Qualis bucolicis &c.
Impressum post Catalecta Scaligeri p. 39. sub incerti poetæ nomine, sed unum tantum tetrastichon hic habetur; quatuor sequentibus, quæ extant in editione, prætermissis.

XI. Initium Commentariorum Servii absque ullo titulo. Incip. *In exponendis, &c.* sed ultra prooëmium non procedit.
Deinde sequuntur carmina Virgilii, scilicet Bucolica, sine ullis explicationibus: Georgica, quæ interlinearibus notis scatent: Aeneidos libri, qui nonnullis locis, at non ubique notis ornantur. Veteris autem

ſcripturæ finis eſt ad v. 661. libr. IX. Verum recentiore manu reliqua ſuppleta ſunt uſque ad initium libri XII. cujus primi quinque verſus tantum hic habentur. Unicuique libro tam Georgicorum, quam Aeneidos præpoſita ſunt argumenta eadem, quæ in cod. 3867.

Cod. 1576. *membranaceus ſecul.* XIIII.

I. In principio extat argumentum omnium operum Virgilianorum, quod incip.
Paſtorum Muſam vario certamine promit &c.
quale impreſſum legitur p. 38. poſt Catalecta Scaligeri.

II. x. *verſus Ovidii Naſonis de Virgilio*. Incip. *Virgilius magno &c.* Extant impreſſi ibidem p. 37.

III. *Carmen tetraſtichon. Qualis bucolicis &c.* Vide ipſum impreſſum ibidem p. 39.

IV. *Verſus Virgilii ad Auguſtum*. *Nocte pluit tota &c.*

V. Epitaphium culicis. *Parve culex &c.* Eſt in vita Maronis a Donato ſcripta.

VI. *Verſus de latrone*. Scilicet diſticon illud de Baliſta, quod habetur apud Servium in proëmio, & apud Donatum ibidem.

Sequuntur Eclogæ X. & dein Georgicorum libri, quibus præfixa ſunt eadem argumenta, quæ Modeſtino J. C. tribuuntur in editione Baſileenſi. Poſtea vero Aeneidos libri, primo quorum præponuntur monoſticha, quæ Baſilio ſcholaſtico tribuuntur, impreſſa poſt Catalecta pag. 39. Incip. *Primus habet &c.* Deinde vero uniuſcujuſque libri argumenta exſtantia in Cod. 3867. impreſſa ibidem p. 37. & in editione Baſileæ 1561.

In fine Codicis exſtant I. *Octaviani Cæſaris Auguſti verſus de laudanda, & affirmanda arte P. V. M. poſt mortem illius*. Incip. *Ergo ne ſupremis &c.*

II. *Incipiunt monoſtica ſcripta a* XII. *Sapientibus viris de diverſis cauſis. In primis ſinguli verſus ſenis verbis, & literis de ratione tabulæ. Sperne lucrum &c.*

III. Nomina, & munera Muſarum. Incip. *Clio hiſtorias invenit, Melpomene tragoëdias &c.*

IV. Moretum. Incip. *Jam nox &c.*

Cod. Vat. 1577. *membranaceus ſec.* XII.

Continet hic codex Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum notis marginalibus, ac interlinearibus quamplurimis a capite ad calcem. In principio ſunt quatuor pagellæ recentiore manu ſcriptæ, in quibus exſtat:

I. Diſtichon illud: *Tarpejo quondam &c.* impreſſum in editione Baſileæ p. 2082.

II. Celebres illi verſus: *Nocte pluit tota &c.*

III. Diſticon illud: *Littera rem geſtam &c.* impreſſum ibid. p. 2082. & a Scaligero p. 46. qui hoc poetæ Chriſtiano tribuit.

IV. *Verſus Dearum*.

Najades fontis ſunt, Ereades tibi montis.
Sunt Driades nemoris, Nereideſque maris.
Napeæ florumque. Amadriades arbore gaudent,
Et cum qua vivunt, & ſine qua pereunt.

V. Compendiaria Virgilii vita.

VI. *Carmina Ovidii*: Incip. *Virgilius magno &c.* Exſtant poſt Catalecta p. 37.

VII. *Carmen Octaviani*: Incip. *Ergo ne ſupremis* &c.

VIII. Verſus quidam de Cupidine ſatis inelegantes:

Cæcus

Cæcus & alatus, nudus puer, & pharetratus,
Iſtis quinque modis ſignatur numen Amoris.
Eſt puer hic nudus, quia cunctis nudat amantes
(Hoc mihi credatur) ipſe Cupido bonis.
Eſt cæcus, quia cæcat eos, audivimus atque,
Quod fratri coitum jam dedit ipſa ſoror.
Quodque fuit pejus, natus cum matre coivit,
Et fecit ſemper hic puer omne nefas.
Hic alas geſtat, quia quiſque ſuperbit amando,
Munere pro modico jam ſuper aſtra volat.
Sæpe dedit vilem dilecta puella capillum,
Qui ſuſceptori gloria magna fuit.
Eſt puer, & puer eſt quiſquis famulatur eidem,
Nam pueri mores fungitur omnis amans.
Sæpe ſuper cano portantur vertice ſerta
Florea, ſic homines decipit ille puer.
Sic ſedet in canis florum textura capillis,
Sic in hircinis aurea ſella pilis.
Vibrat & hic arcum pharetra ſtipante ſagittas,
Sic graviter famulos ſauciat ille ſuos.
Femina turbatam faciem quum geſtat amico,
Non gravius vulnus ulla ſagitta vehit.

IX. Tetraſtichon de Amore:

Nobilibus metris elegos ratione ſubegi,
Non aliter noſſem quid ſit amoris iter.
Carmina ſic læta, ſic triſtia dentur amori,
Sicut triſtitiæ gaudia miſcet amor.

X. *Nota de filiis Veneris.*

Aeneas & Amor pariter, Jocus, atque Cupido
Sunt Veneris nati diverſis partibus orti.
Anchiſes genuit primum, Mavorſque ſecundum,
Vulcanus quartum, Jove natus tertius; extat
Eloquio primus dulcis, datque arma ſecundus,
Tertius illecebras, fervorem dat quoque quartus.

XI. Argumenta librorum XI. & XII. Aeneidos, ut in Cod. 3867. Cetera deſunt; ſicut etiam deſunt in principio uniuſcujuſque libri præterquam in principio ſex priorum librorum Aeneidos.

In fine vero hujus codicis exſtat I. *Copa Virgilii.*

II. Verſus de fluminibus Inferni.

Tartareis oris nominantur flumina quinque
Stix, Acheron, Letes, Cocitus cum Phlegetonte
Odit, triſtatur .... luget, & ardet.
Cocitus luctus, Acheron eſt abſque ſalute,
Stix eſt triſtitia, Superis eſt iſta timenda.
Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.

III. Diſtichon:

De capris paſtis, de rure ſato, hoſteq. ſubacto,
Nec lac, nec ſegetes, nec ſpolia ulla tuli.

Per-

IV. Pervulgata illa carmina: *Nocte pluit tota &c.*
V. Disticon: *Mantua me genuit &c.* Quod est in Vita Maronis.

Codex Vat. 1578. *membranaceus sec.* XIII.

Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum nonnullis notis interlinearibus, & argumentis unicuique libro tam Georg. quam Aen. praefixis, ut in Cod. 3867. At hic deficit argumentum primi libri Aeneidos. Videtur liber scriptus à Nicolao Bellanto Senensi, ut ex his verbis, quae in fine rubro charactere scripta habentur satis ineleganter. Νικόλαος ὁ Βελλάντος ὁ σενέος ἐστὶν ὁ κύριος ἐ ὅφεως σὺν τῷ θεῷ ἀρίστῳ ὅτι ὁ αὐτὸς ἔγραψε καὶ αὐτίκα αὐτόγραφον καὶ σὺν ἀφορμή. Ac praeterea nomen alterius Domini sic: *Liber D. Valerii Cyllenii Victoris de Viterbio.*

Cod. Vat. 1579. *membranaceus sec.* XV.

In hoc Cod. habentur Bucolica, Georgicorum, & Aeneidos libri, quibus praefixa sunt argumenta eadem, quae sunt in Cod. 3867. Ante primum Aeneidos librum duodecim versibus comprehensa sunt etiam argumenta XII. librorum Aeneidos, quae incipiunt: *Primus habet Lybicam veniunt ut Troes in Urbem.* Ad marginem autem quatuor priorum Aeneidos librorum adsunt nonnullae notulae Graecae nullius momenti. In fine legitur: *Explicit liber Virgilii script. per me Jo. Tuelor pro R. P. D. D. Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopo Madrusien. tunc temporis Viterbii arcis Castellano. Anno Domini.* 1465.

Cod. Vat. 1580. *membranaceus sec.* XIII.

Habet hic Codex in principio historiam Didonis; dein Bucolica, Georgica, atque Aeneiden. Georgicorum libris praefixa sunt ea argumenta, quae Scaliger edidit, incipiuntque: *Quid faciat laetas segetes, quo sidere servet &c.* Aeneidos libris argumenta monostichis comprehensa: incip. *Primus habet Lybicam &c.* & praeterea unicuique libro argumentum, ut in Cod. 3865. Prima autem Ecloga recente manu suppleta est. In fine legitur fragmentum Latini glossarii.

Cod. Vat. 1581. *membranaceus sec.* XIII.

Continet hic Codex Aeneidos libros sine argumentis, sed cum nonnullis parvis notis ad marginem.

Cod. Vat. 1582. *membranaceus sec.* XIV.

Habet hic Codex libros cum pauculis notis interlinearibus huc illuc sparsis. Primus liber argumento caret, ceteris tamen praefixa sunt, ea quae sub Ovidii nomine a Scaligero notantur, ut hic etiam in praesenti Codice.

Cod. Vat. 1583. *membranaceus sec.* XIII.

Continet Aeneidos XII. libros, totusque scatet notulis marginalibus, & interlinea-

linearibus. Ut in superiore Codice sunt argumenta eadem praefixa omnibus libris, praeterquam primo. In fine appositi sunt versus illi celebres: *Nocte pluit tota &c.* & epitaphium Balistae, dein versus quidam technici, & plane rudes de Trojae eversione, qui incip.

Viribus, arte, minis Danaum data Troja ruinis,
  Annis bisquinis fit rogus, atque cinis.
Pergama flere volo fata * Danaum data solo. *l. fatis*
  Solo capta dolo, capta redacta solo.

Deinde in carta, & recentiore caractere addita sunt Bucolica, & duo primi libri Georgicorum.

Cod. Vat. 1584. *cartaceus sec.* XIIII.

Continet Aeneidos libros tantum, qui habent argumenta, ut in Cod. 3867. Quamplurimis notis ornatur. Deest principium. Incip. *Navem in conspectu* scilicet a v. 184. libr. 1.

Cod. Vat. 1585. *membranaceus sec.* XIII.

Bucolica, & Georgica tantum continet hic Codex, nam Aeneis malo fato periit. Scatet notulis interlinearibus, atque nonnullis marginalibus. Georgicorum libris adjuncta sunt argumenta, praeterquam primo, tetrastichis comprehensa, quae edita sunt a Scaligero post Catalecta p. 39. In fine habetur argumentum primi libri Aeneidos sub nomine Ovidii. Incipit autem: *Aeneas primo Lybicis depellitur oris: Vir magnus &c.*

Cod. Vat. 1586. *membranaceus sec.* XV.

Continet Bucolica, & Georgica cum iisdem argumentis ac in superiore Codice. In fine habetur I. *Moretum.* II. *Epitaphium Balistae.* III. Celebres illi versus: *Nocte pluit tota &c.* IV. *Copa.* V. *Est & Non.* VI. *Vir bonus.* VII. *Rosa.* VIII. Epigramma in Priapum. Inc. *Quid hoc novi est? quid ira Deum nuntiat?* IX. *Culex.* X. Duo Disticha de morte trium animalium. XI. *Dirae.* XII. Epigramma de Vetula. Incip. *Si minimum fuerat tibi quattuor, Helia, dentes.* XIII. Priapeja Virgilio adscripta. Inc. *Carminis incompti &c.* Desin. *Priape fave.* XIV. Carmina de extremo Judicio. Incip. *Judicii signum tellus sudore madescet.* XVI. De Filio Dei. Incip. *Primus ab aethereo proprio de numine natus.* XVII. De litera Y. XVIII. De aetate hominis & animantium. Inc. *Ter binos deciesque novem* &c. XIX. Epigramma incerti auctoris de operibus Virgilianis editum apud Scaligerum p. 36. Incip *Maeonium quisquis* XX. Epigramma, quod editum est ibid. p. 37. & sub nomine Ovidii circumfertur. Incip. *Virgilius magno &c.* XXI. De duodecim laboribus Herculis carmen duodecim versibus comprehensum, quod Hilario tribuitur apud Scaligerum p. 45. incip. *Oppressit* (al. Compressit) *Nemeae primo virtute leonem.* XXII. Argumenta uniuscujusque libri Aeneidos, quae totidem Scholasticis poëtis tribuuntur apud Scaligerum post Catalecta pag. 39. incip. *Aeolus immittit ventos.* XXIII. Carmina eadem, quae habentur in fine Codicis 1583. sed primum distichon deest, incipit enim: *Pergama flere volo fato Danaum data solo* XXIV. De Musarum inventis Ausonii. Editum ibid. p. 45. Incip. *Clio gesta*

canens &c. XXV. Versus quidam incompositi. Incip. *Et belli sonuere tubae violenta peremit.* XXVI. *Descriptio temporum & primo Veris.* Incip.

Verque novum stabat circumflorente * corona *al. cinctum*

Vere signum tellus aperit floresque ministrat.

Carmen hoc editum jam apud Scaligerum ibidem pag. 42. sed in hoc Codice non per duodecim tetrasticha, quae quatuor tempora complectantur, ut in editione, sed per duodecim versus ex unoquoque tetrasticho sumpto, qui singillatim de singulis anni temporibus tractant. XXVI. *Epitaphia plura composita a diversis pro Virgilio.* Incip. *Tytiron ac segetes cecini &c.* Apud Scaligerum pag. 41. per disticha duodecim. XXVII. Epitaphia Virgilii XII. Scholasticorum per tetrasticha. Incip. *Prima mihi Musa &c.* Edita ibid. pag. 90. XXVIII. Carmen, cum hoc titulo: *Egerat Virgilius cum Varrone ante quam de Italia recessisset, ut si quid sibi accideret, Aeneidam combureret, quod adimplere volens, & Cornelius Gallus hoc sentiens, Caesari pro parte Romanorum, & totius orbis supplicavit, ne combureretur in hunc modum, videlicet:*

Temporibus laetis tristamur maxime Caesar.

XXIX. *Valerius autem Martialis seu ut quidam dicunt Staltitius* (pro Sulpicio) *Carthaginensis, ne Aeneida combureretur, in hunc modum alloquitur Caesarem:*

Jusserat haec rapidis aboleri carmina flammis.

XXX. Fragmentum Centonum Probae Falconiae, quod ab opere tertii diei incipit, scilicet:

Tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram.

XXXI. Testimonium de Proba ex Isidori libro 5. de Viris illustribus.

XXXII. Carmina quaedam falso tributa Augusto Caesari, quae habentur post Catalecta p. 37. incipiunt:

Ergone supremis potuit vox improba verbis

Cod. Vat. 2757. *cartaceus sec.* XV.

Habet hic Codex in princ.

I. Vitam ipsiusmet Virgilii a Donato scriptam, sed valde detruncatam.

II. Fragmentum ex anonymo poeta in Bucolica, editum a Scaligero p. 39. Incip. *Tityrus agresti modo laetus.*

III. Praefationem ad argumenta Aeneidos, editam ibid. p. 37. Incip. *Virgilius magno &c.*

IV. Tetrastichon ex Hesiodi Oper. & dies.

Sudorem praesefert virtus mente deorum.
Est ad eam longus, rectusque per ardua callis
Asper & in primis, ubi in alba cacumina ventum est,
Mollis adest, quae visa fuit durissima quondam.

Deinde Bucolica, & quatuor libros Georgicorum, quorum primo praefixum est argumentum tetrasticho comprehensum. Incip. *Quid faciat laetas segetes, quo sidere servet.*

Cod. Vat. 2758. *membranaceus sec.* XV.

Continet Bucolica, & quatuor libros Georgicorum cum argumentis unicuique libro praefixis, quae edidit Scaliger p. 39. In fine extat Moretum.

Cod.

Cod. Vat. 2759. *membranaceus sec.* XIII.

Habentur in hoc Codice Bucolica, Georgica, atque Aeneidos libri cum nonnullis notis interlinearibus. In fine vero I. Copa. II. Est, & Non. III. Vir bonus. IV. Rosa. V. Moretum. VI. Versus sub nomine Ovidii, qui editi sunt a Scaligero pag. 37. & inscribuntur *Praefatio* ad argumenta in Aeneiden.

Cod. Vat. 2760. *membranaceus sec.* XIV.

Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden, scatetque notulis interlinearibus, & marginalibus. Ultimo Georgicorum libro praefixum est argumentum tetrasticho comprehensum. Post Georgica extat Epitaphium Balistae, ac celebres illi versus: *Nocte pluit tota &c.* ac recentiore manu initium Moreti. Ante Aeneiden leguntur versus illi, quos edidit Scaliger p. 39. appellatque *Monosticha Basilii*. Dein unicuique libro proprium argumentum praefigitur, quorum primum incipit: *Aeneas primo Lybiae &c.* ut in Cod 3867. In fine mutilus est hic Codex, nec ultra vers. 785. libri XII. progreditur.

Cod. Vat. 2761. *membranaceus sec.* XIIII.

In hoc Codice legitur solum Aeneis cum nonnullis notis, & figuris partim calamo, partim colore delineatis, sed rudibus admodum, prout ea tempora ferebant, sed quae non ultra secundum librum procedunt. Argumenta eadem, quae Scaliger habet p. 37. unicuique libro, praterquam primo praefixa sunt. In fine hi quatuor adsunt versus, qui fortasse Jacobum quemdam Fabrianensem hujus Codicis scriptorem innuunt. Sunt autem hujusmodi aenigmatici, & mendosi:

Tolle caput Jani, ventrem falconis, & una
Confice, tuque, quibus tres addas, nomen habebis.
Celantis patria, ponas medio bria fanum,
Extiterit nota: bonus es, si talia cernis.

Cod. Vat. 2762. *cartaceus sec.* XIV.

Continet tres tantum libros Aeneidos, & 33. versus libri quarti, cum argumentis iisdem, quae in Cod. 2760.

Cod. Vat. 2763. *membranaceus sec.* XV.

Continet Bucolica, & Georgica, quorum libris praeposita sunt argumenta tetrastichis comprehensa, a Scaligero edita p. 39. Dein XII. libros Aeneidos cum argumentis, ut in Cod. 2761.

Cod. Vat. 2764. *membranaceus sec.* XV.

Incipit a v. 44. primi libri Aeneidos, cujus reliquos libros continet cum argumentis, qualia habentur in Cod. 3867. In fine haec leguntur: ***In quodam sermone Jacobi de Massa Alidoxiorum de Imola facto ad commendationem poësis contra***

contra eos qui dicunt poesim conducere homines, qui in ea studunt, ad paupertatem:

Audite Mantuanum Virgilium natum ex Fisulo tunc pauperem, attamen ob ejus poesim in amicitiam Augusti Imperatoris devenisse legimus. Ad cujus laudem librum Aeneidos ipse Maro compilavit; & quia praeventus morte librum non correxit, ipse Virgilius in testamento legavit, ut tam angelicum poema combureretur. Et quia fidei commissarii legata exequi volebant, omnis legum auctoritas est locata sub pedibus, ne illud divinum carmen perderetur: & eleganti carmine facto per Imperatorem praeceptum est, ne testatio talis observaretur.

Carmen Imperatoris istud est.

Ergo ne supremis poterit &c.

Cod. *Pal.* 1631. *membranaceus.*

Utinam hic Codex uncialibus literis scriptus, & venerandae antiquitatis monimentum, integer ad nos pervenisset, bene profecto cum Virgilii operibus actum esset. Continet autem Bucolica, & Georgicorum, atque Aeneidos libros, at ubique mancus; etenim quamplurimae pagellae sunt tam faede corrosae, ut parum inde capi possit utilitatis, quae vero ex parte supersunt nitidissimo charactere scriptae sunt. Nulla habet argumenta, neve ullos titulos praeter numerum librorum. In fine adsuta pagella alterius Cod. Virgiliani seculi XII. quae continet partem libri 8. Aeneidos a v. 141. ad v. 337. Damus hic specimen hujus Palatini Codicis, ut ex eo conjecturam quis faciat, quo seculo scriptus sit. In secundo hujus speciminis versu, in AMPHYSO superius recentiore manu additum R. & in SUOS. primum S aliquantulum conrasum, & ad marginem contra MANESQUE, adpositum est AM, ut innuere videatur, legendum esse AMNESQUE.

Cod. *Palat.* 1632. *membranaceus sec.* XVI.

Nitidissime scriptus, ac figuris ornatus a librario Germano, ut apparet ex forma characteris, & ex vestibus, & ornamentis, quibus fœminæ hic depictæ amiciuntur. Notandum est nonnullos milites tormento igneo munitos, ut post hujus inventionem scriptus hic Codex videatur. Continet autem Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum argumentis ut in Cod. 3867. ac quamplurimis notis ad marginem, & inter utrumque versum scriptis.

Cod. *Pal.* 1633. *cart. sec.* XV.

Scriptus a librario Germano. Continet Bucolica, Georgica cum argumentis superius notatis, & Aeneiden 35. versibus detruncatam in principio. Ceteris vero libris præpositum est argumentum sub nomine Ovidii, ut apud Scaligerum p. 37. Scatet ubique notis.

Cod. *Palat.* 1634. *membr. sec.* XIV.

Continet Aeneiden tantum cum argumentis 2. 3. 4. & 5. libro præfixis, in aliis autem libris desiderantur, atque eadem sunt, quæ in Cod. 1632. Quamplurimis ornatur notis.

Cod. *Pal.* 1635. *cart. sec.* XV.

Habentur hic Bucolica, Georgica cum argumentis præterquam primi libri,

bri, tetraſtichis ut ſupra comprehenſis, ac Ovidio adſcriptis. Dein Aeneidos libri cum duobus argumentis, quod cum prima Ovidio tribuuntur apud Scaligerum p. 37. altera duodecim Scholaſticis, & apud eundem Scaligerum p. 39. leguntur. Deſunt autem primo libro. In calce eadem manu perſcriptae extant Tragœdiæ Senecæ. Totus hic Codex quantus quantus eſt notis marginalibus, atque interlinearibus ornatur.

Cod. Palat. 1636. membr. ſec. XV.

Habet hic ſolam Aeneiden cum argumentis unicuique libro praefixis, praeterquam primo. Abundat notis uſque ad medium: Inde autem ad calcem uſque alia manu exaratus fuiſſe videtur.

Cod. Pal. 1637. membranaceus ſec. XV.

Primum continet Aeneiden cum argumentis iiſdem, quæ in Cod. Vat. 3867. Argumentum autem primi libri rejectum eſt ad calcem Codicis. In fine Aeneidos legitur: *Explicit liber duodecimus Virgilii Maronis Eneydos manu mei Auguſtini de Terviſio. Deo gratias amen.* Sequuntur poſtea Bucolica, & Georgica.

Cod. Pal. 1638. membranaceus ſec. XV.

A Germano librario conſcriptus, ut aperte cognoſcitur ex charactere. Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden ſine argumentis, at cum perpaucis notis. Deeſt primus verſus Eclogæ primæ per oſcitantiam a librario prætermiſſus. In fine vero lib. XII. Aeneidos adſuta ſunt hæc tria carmina:

Hic ſpirat Turnus fatali morte ſubactus.
Palladis hic Turnus moritur hac veſte ſuperbus.
Appetit hic Turnus adverſo pectore foſſus.

Cod. Pal. 1639. membr. ſec. XV.

Continet ſolam Aeneiden cum argumentis, ac nonnullis notis a Germano quodam Scholaſtico collectis. In principio ſunt monoſticha Baſilii: *Primus habet Lybicam &c.*

Codex Palatinus 1641. cartaceus ſec. XVI.

Habet ſolum libros Aeneidos cum argumentis, ut in Cod. Vat. 3867. demto eo, quod priori libro praefixum eſt; cumque nonnullis notulis marginalibus.

Cod. Palatinus 1642. membran. ſec. XIV.

Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum argumentis ſingulorum librorum tam Georgic. quam Aeneid. ut in Codice ſuperiori. Primo autem libro Aeneidos non adeſt argumentum, quod legitur in calce Codicis, ſed ante primum librum ſunt monoſticha in ſingulos libros Aeneidos editam a Scaligero p. 39. ſub nomine Baſilii.

In fine leguntur celebres illi verſus: *Nocte pluit &c.* Ac deinde Virgilii epitaphia octo ex duodecim illis, quae edidit idem Scaliger p. 40.

Cod. Pal. 1643. *membranaceus ſec.* XV.

In eo ſunt Bucolica, Georgica, & Aeneis ſine argumentis, & notis. in principio ſunt argumenta Georg. quatuor tetraſtichis, nec non argumenta librorum Aeneidos monoſtichis XII. comprehenſa, tam quae Baſilio, quam quae Ovidio tribuuntur, edita a Scaligero p. 39. & 38. Fuit hujus Codicis dominus Johannes filius Jannotii Manetti Florentini nobilitate, & eruditione clariſſimi, ut patet ex his verbis, quæ habentur in principio: *Queſto Vergilio è di Gio. di Giannozzo Manetti. Chi lo trova lo renda. Saragli uſato qualche diſcrezione. Et iſta nel fondaccio nel quartiere di S. Iſpirito nel mezzo del ponte di S. Trinita, e del ponte della Carraja, gonfalone S. Iſpirito.*

Priora argumenta incipiunt: *Primus habet Lybicam &c.* Altera: *Aeneas primo Lybiæ &c.* Dein vero Præfatio illa ſub nomine ejuſdem Ovidii, quae incipit: *Virgilius magno &c.* ac argumentum primi libri Aeneidos: *Vir magnus bello &c.* quæ omnia habentur p. 37. apud eundem Scaligerum.

Cod. Pal. 1644. *cartaceus ſec.* XV.

Habet Bucolica, & Georgica cum argumentis iiſdem, quæ quatuor tetraſtichis continentur, ut in Codd. ſuperioribus, cumque nonnullis notis tum marginalibus, tum interlinearibus. In fine adſutus eſt alius Codex membranaceus, in quo ſunt;

I. Epiſtolæ Ovidii ſoluta oratione in elegantiſſimum ſermonem Etruſcum converſæ, in fine quarum legitur: *Finiſce il libro d'Ovidio, il quale translatoe ſer Filippo figliuolo di C. K. per adrieto del popolo di S. Simone della città di Firenza.* Quod harum epiſtolarum interpretis nomen, atque cognomen in nullis Codicibus uſque adhuc reperire potuerunt doctiſſimi Etruſcae linguae Academici, ſed tantum ejus nomen conjectura aſſecuti ſunt, ut videre eſt in elencho auctorum, quorum exemplis uſi ſunt, ad finem elegantiſſimi, ac diligentiſſimi Etruſci Lexici vulgo *Vocabolario della Cruſca* nuperrime editi. Quum enim in quodam Codice hæc verba reperiiſſent ante epiſtolam Phaedrae: *Io il quale ſon chiamato in lingua Ebrea* bocca di lampana *e nella lingua Greca* guardia d'amore, *e che queſto libro recai di gramatica nel volgar Fiorentino &c.* hinc ſuſpicati ſunt Philippum appellatum fuiſſe, nam hujuſmodi nomen hoc hebraice ſibi velle ſcimus Beati Hieronymi de Nominibus Hebraicis auctoritate freti, necnon Aratoris diaconi in Act. Apoſt. lib. I., ac Sedulii in Collect. ſuper epiſt. ad Rom. cap. ult. Cognomen autem hujus interpretis neque ex hoc ipſomet Codice omnino cognoſcere valemus, quum duobus tantum ſiglis C. & K. notatum ſit, niſi fortaſſe ſignificare velint Philippum Coſmae filium Ceſſium, quem paulo poſt explicatius nominatum invenimus.

II. Pulex Ovidii eodem modo translatus.

III. *Dicerie da imparare a dire a uomini giovani, e rozzi. Come ſi dee dire, quando la cittade per alcuno nuovo caſo vuole eleggere nuovo Segnore: Io chiamo mercede &c.* In fine autem legitur: *Et hic finit liber contionum in vulgari ſermone conſcriptus. Eſt enim iſte liber ſer Filippi Ceſſi de Florentia.*

IV. *In-*

IV. *Incipit Epiſtola olim ducis Bavariæ qui ſe dicit Regem Romanorum. Ludovico per la Dio grazia Re de' Romani, e ſempre accreſcitore a' cittadini di Parma &c.*

Cod. Pal. 1648. *membranaceus ſec.* XIII.

In hoc Aeneis tantum habetur cum argumentis 2. 3. & 4. libro, quinto quoque ſed recentiore manu, præfixis, cumque notulis quibuſdam nullius momenti. In fine ſunt tres hi verſus Leonini:

Turne, nimis fortis Teucrorum terror obortis
Vellis, qui vaſta decimo leto dedis haſta
Sic lucem victus perdis tu per caput ictus

Dein verſus, qui ſub Ovidii nomine circumferuntur: *Virgilius magno &c.* Ac tandem epitaphium Virgilii: *Mantua me genuit &c.*

Cod. Alexandrinus 1669. *membranaceus ſec.* XI.

Hic Codex forma quadrata non mediocrem praeſefert antiquitatem. Habet autem Bucolica, Georgica, & Aeneiden. In principio adſunt nonnulla, quae ad mundi ſpherae explicationem pertinent. Dein carmina ſub nomine Ovidii: *Virgilius magno quantum conceſſit Homero &c.* Praeterea Praefatio illa, quae argumentis librorum Georgicorum praeponitur apud Scaligerum p. 59. *Qualis Bucolicis &c.* Ad marginem hujus Codicis adpoſitae ſunt notae ex Servii commentario excerptae; & unicuique libro tum Georgicorum, tum Aeneidos argumenta illa praefixa, quae edidit Scaliger p. 39. & 37. Ante primum librum Aeneidos leguntur monoſticha Baſilii in Aeneiden, edita ab eodem pag. 39. *Primus habet Libyam &c.* Fuit hic quondam Codex Franciſci Danielis Amelii, ut in calce primae, & ultimae pagellae notatur.

Cod. Alexandrinus 1670. *membranaceus ſec.* XII.

Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum multis notis marginalibus. Primus liber Georgicorum habet argumentum, in ceteris deſideratur. Ante Aeneidem extant monoſticha illa, quae apud Scaligerum Baſilio tribuuntur, ſed hîc Ovidio. Dein ſoluta oratione: *Origo Trojanorum* breviter enarratur ſingulis autem libris argumenta praefiguntur, ut in Cod. Vat. 3867. Totus Codex notis qua interlinearibus, qua marginalibus ornatur. Quum multae paſſim pagellae deeſſent, recentiore manu ſuppletae ſunt a librario Germanico, ut patet ex forma characteris. In fine adſuti ſunt verſus, qui ſub nomine Auguſti Caeſaris circumferuntur. *Ergone ſupremi &c.* apud Scaligerum p. 37. Dein argumentum primi libri Aeneidos: *Aeneas primo Libyae &c.* Nullo modo hic omittendum puto, quod alibi animadvertendum erat, in multis Codd. primi libri argumentum qua ratione neſcio, prætermiſſum eſſe, & aliquoties ad calcem libri rejectum fuiſſe.

Cod. Alexandrinus 1671. *membranaceus ſec.* XII.

Forma quadrata, & charactere nitidiſſimo, & ad inſtar literarum Longobardicarum ſcriptus eſt hic Codex. Continet Bucolica, Georgica, & Aeneiden cum argumentis, ut in ſuperiore Codice, ac nonnullis notulis.

Cod.

Cod. Alexandrinus 1679. *membranaceus ſec.* XV.

Continet Bucolica, Georgica, atque Aeneiden, cum argumentis unicuique libro praefixis. Atque eadem ſunt, quae in ſuperioribus Codicibus vidimus. In fine additur liber XIII. Maffei Vegii. Notulis quibuſdam hic codex ornatur.

Codex Vrbinas 350. *membranaceus ſec.* XV.

Codex nitidiſſimus pulcherrimis ornatus picturis. Continet Bucolica, Georgica cum argumentis conſuetis, & Aeneiden. In fine I. Moretum II. Copam III. Eſt & Non. IV. Vir bonus. V. Roſa. VI. Dirae. VII. Culex. VIII. Priapeja. IX. De amoenitate hortuli. Incip. *Adeſte maximi proles Jovis*. X. De invidia ſive livore. Incip. *Livor tabificum*. Et haec hactenus de Vaticanis Codicibus.

Horum autem duorum Codicum ſcilicet 3227. quem totum totum hic tranſcribimus, & 3867. quem perperam Montfauconius in Bibliotheca Bibliothecarum 3869. nominat, & cujus variantes tantum lectiones in calce libri rejecimus, interpunctio non ſemper conſtans eſt, immo in Codice 3867. fere ſemper ab omni ratione aliena. Et quum manifeſte appareat, eam recentiore manu ſcripturae ſuperadditam eſſe & ex colore atramenti, & quod quamplurimae paginae punctis omnino careant, fatendum eſt illum, qui ſibi hoc oneris importune ſumpſit, parum Latinam linguam calluiſſe, ſive ſupina quadam oſcitantia id executioni mandaſſe. Etenim quum ille poſt unamquamque dictionem punctum interſerat, multoties unam eamdemque vocem in partes miſerrime diſcerpit, veluti Aen. l. 1. v. 426. ubi *magiſtratuſque* intria verba ita dirimit: MAGIS. TRAT. USQUE. Et Aen. l. 2. v. 30. *Certare ſolebant*; ſcribit: CERTA. RES. OLEBANT. Et eodem libro v. 34. *Sive dolo ſeu jam Trojae &c.* mala interpunctione ſic vexavit hunc locum: SIVE DOLOSE. VIAM. TROJAE, &c. ac ſimiliter ſexcentis aliis in locis, itaut potius corruptores, quam correctores librorum hujuſmodi grammatiſtæ appellandi ſint; ac de noſtro quidem Codice idem dici poſſit, quod de ſuo adfirmabat Leonardus Arretinus lib. 8. epiſt 4. *Quandoque ita ſcripti verſus reperiuntur, ut pedes non habeant congruentes*. Hoc inſuper de eodem Cod. 3867. addendum mihi ſupereſt, quod prætermiſſum ſuperius eſt, quod tamen non erat omnino prætermittendum, ſcilicet, hunc Codicem ab eruditiſſimo, & omnis antiquitatis acerrimo inveſtigatore Angelo Politiano fuiſſe viſum, ipſius enim auctoritati innixus in Miſcellaneis cap. 71. verſum illum Aeneidos l. 8. v. 402.

Quod fieri ferro, liquidove poteſtur electro,

hoc modo emendavit: *Cæterum in volumine illo, quod eſt in intima Vaticana bibliotheca mire vetuſtum, & grandibus characteribus perſcriptum, non* POTESTUR *offendas, ſed* POTEST *uſitatius verbum*. Nec minore laude eundem Codicem commemorat cap. 77. quo oſtendere nititur VERGILIUM, non VIRGILIUM dicendum eſſe, ibi enim ſic ſcriptum eſſe confirmat dicens: *Sicuti etiam in volumine Maroniano literis majoribus perarato, qui Romæ in intima Vaticana bibliotheca mire vetus oſtenditur*. Quod autem Codex, de quo loquitur Politianus ſit hic noſter numero 3867. ſignatus, ex hoc etiam potiſſimum

mum apparet, quod in eo VERGILIUS ſemper legatur, & non ſolum l. 8. v. 402. POTEST & non POTESTUR, ſed etiam l. 9. v. 9. in illo carmine

Sceptra Palatini, ſedemque petit Evandri,

non utique PETIVIT, ut in nonnullis, ſed PETIT, quod idem Politianus animadvertit eodem cap. 71. atque ut in eodem Vaticano Codice infictus neſcio quis corrector, ſuperius additis VI. emendare tentavit, quemadmodum inter variantes lectiones nos ipſi animadvertimus. Hic autem corrector Politiano recentior fortaſſe fuit, quum catus ille veterum Codicum penitator ne verbum quidem fecerit de hac parum opportuna emendatione.

Uterque Codex ſuos nactus eſt correctores, uti Virgilius ille Mediceo-Laurentianus a Turcio Rufio Aproniano correctus fuit, multique alii Codices, velut ille Cornelii Taciti, qui ad manus Curtii Pichenae venerat, & cui Apuleji liber adnexus erat, eadem manu ſcriptus, iiſdemque characteribus, Longobardicis ſcilicet, ut ajunt, in quo volumine multoties, nempe in fine ſingulorum fere librorum, legitur ut Pichena ipſe in Praefatione ſuis in hunc Hiſtoricum notis praefixa, refert: *Ego Salluſtius legi, & emendavi Romae felix Olibrio, & Probino Conſulibus, in foro Martis controverſias declamans Oratorii Endelechio. Rurſus Conſtantinopoli recognovi, Caeſario, & Attico Conſulibus*. Quae tamen verba non adducor, ut credam manu ipſius Salluſtii Rhetoris correctoris ſcripta eſſe, ut videtur autumaſſe Pichena; ſed ex antiquiore volumine exſcripta a librario. Valerius etiam Probus, ut ex Suetonio De illuſtr. grammat. cap. 24. didicimus *multa exemplaria contracta emendare ac diſtinguere, & adnotare curavit*. A Cicerone autem ſcimus emendatum fuiſſe Lucretium, ut eſt in Chronicis Euſebii: a Lampridione Ennium, quod confirmat A. Gellius lib. 18. cap. 5. Aulum vero ipſum Gellium correxit Gallus Avienus teſte Jacobo Schegkio in Praemiſſis ſuis, & Mnemones Sidites emendavit tertium librum Hippocratis περὶ ἐπιδημιῶν quod ex Galeno novimus lib. 3. Epidem. ſect. 2. text. 4. Quis autem noſtros hos Virgilii Codices emendaverit nullibi notatum apparet, at illum perantiquum eſſe ex forma characteris evidenter oſtenditur. Nec minus recenter emendatus fuit Palatinus Codex 1631. ut videre eſt in illo ipſomet carmine, quod pag. 4. hic pro ſpecimine adfertur:

PASTOR AB AMPHYSO SUOS SILVAE MANESQUE LYCAEI

ſic mendoſiſſime ſcriptum. Etenim ſupra AMPHYSO additum eſt R, & ad marginem AM, quo corrector innuere voluit non MANES, ſed AMNES ſcribendum eſſe; utrumque autem charactere, & atramento antiquo quidem, ſed aliis literis recentiore. Primum quoque S in SUOS quaſi deletum eſt, quod librario oſcitanter exciderit.

Multa hic addi poſſent de ortographia antiquorum Codicum, vel praecipue horum, ex quibus ſpecimen excerpſimus: de forma literarum, de uſu veterum in libris exſcribendis, atque pictura ornandis; ſed quum jam multa ab eruditis luculenter tractata fuerint, & in editione Codicis Virgiliani ex Bibliotheca Laurentiana, quam adornandam ſuſcepit eruditiſſimus Vir Petrus Franciſcus Fogginius, ſuis elucubrationibus: *De Romano S. Petri itinere, & Epiſcopatu* ſatis ſuperque celebris, ſit ea variis diſſertationibus enarraturus, ut in prodromo hujus operis pollicitus eſt, ab hac tractatione ſuperſedebo. Hoc tantum addam non nobis primum in mentem veniſſe picturis Codicis Virgiliani

ni etiam ejuſdem Codicis carmina ſuperaddere, attamen nos per hoc commentum non mutuaſſe, vel potius, ut nonnulli blaterant, uſurpaſſe, quum etiam de quadam non abſimili editione jamdudum cogitaverit Cardinalis Maximus, at non ſervata eadem literarum forma, neque eodem numero, & ordine verſuum in unaquaque pagina, iiſdemque lituris, emendationibus, & etiam erroribus, ut nos religioſe ſervavimus. Quod autem hujuſmodi Virgiliana fragmenta colere vellet munificentiſſimus ille Cardinalis, manifeſtum eſt ex quodam harum picturarum exemplari, quod penes Reverendiſſimum P. D. Camillum Tacchettum Veronenſem Capſarium publicum Congregationis Lateranenſis harum elegantiarum amantiſſimum, diſertiſſimum virum, ſummaque humanitate praeditum, adhuc adſervatur in quo exemplari unicuique picturae carmina Virgilii, ad illam ſpectantia ſubſcripta ſunt. **Vale.**

Ex Codice Vaticano 3867

VIR-

VIRGILII

FRAGMENTA

EX CODICE VATICANO.

2

Specimen Codicis Vaticani 3225

ATREGINAGRAUIIAMDUDUMSAUCIACURA
UULNUSALITUENISETCAECOCARPITURIGNI
MULTAUIRIUIRTUSANIMOMULTUSQUERECURSAT

Specimen Codicis Palatini 1631

TEQUOQUEMAGNAPALESETTEMEMORANDECANEMUS
PASTORABAMPHRYSOUOSSILUAEAMNESQUELYCAEI

Ex Codice Vaticano 3867. qui a Pierio Romanus appellatur

SAECVLI NOVI INTERPRAETATIO

POE·SICELIDES·MVSAE·PAVLO·MAIORA·CANAMVS
NON·OMNES·ARBVSTA·IVVANT·HVMILESQ·MYRICAE
SI·CANIBVS (sic)·SILVAS·SILVAE·SINT·CONSVLE·DIGNAE
VLTIMA·CVMAEI·VENIT·IAM·CARMINIS·AETAS

FRAGMENTUM I.

Georg. libr. III. verf. I.

TE QUOQUE MAGNA PALES ET TE MEMORANDE CANEMUS
PASTOR AB AMPHRYSO VOS SILVAE AMNESQUE LYCAEI
CETERA QUAE VACUAS TENUISSENT CARMINA MENTES,
OMNIA IAM VULGATA. QUIS AUT EURYSTHEA DURUM.
AUT ILLAUDATI NESCIT BUSIRIDIS ARAS.
QUOI NON DICTUS HYLAS PUER ET LATONIA DELOS.
HIPPODAMEQ. UMEROQUE PELOBS INSIGNIS EBURNO.
ACER EQUIS. TEMTANDA VIA EST. QUA ME QUOQ. POSSIM
TOLLERE HUMO VICTORQUE VIRUM VOLITARE PER ORA.
PRIMUS EGO IN PATRIAM MECUM MODO VITA SUPERSIT
AONIO REDIENS DEDUCAM VERTICE MUSAS.
PRIMUS IDYMEAS REFERAM TIBI MANTUA PALMAS.
ET VIRIDI IN CAMPO TEMPLUM DE MARMORE PONAM
. ROPTER AQUAM. TARDIS INGENS UBI FLEXIBUS ERRAT
. . NCIUS ET TENERA PRAETEXIT HARUNDINE RIPAS
. . . EDIO MIHI CAESAR ERIT. TEMPLUMQUE TENEBIT.
. . . . ICTOR EGO. ET TYRIO CONSPECTUS IN OSTRO.
. . . . . M QUADRIJUGOS AGITABO AD FLUMINA CURRUS.
. . . CTA MIHI ALPHEUM LINQUENS LUCOSQUE MOLORCHI
. . RSIBUS ET CRUDO DECERNET GRAECIA CESTU.
. . SE CAPUT TONSAE FOLIIS ORNATUS OLIVAE

II.

Georg. libr. III. verf. 146.

. . . . US SILARI CIRCA. ILICIBUSQUE VIRENTEM
. . . . . MUS ALBURNUM VOLITANS. QUOI NOMEN ASIL . .
. . . . . UST. OESTRUM GRAI VERTERE VOCANTES.
. . . . . . CERBA SONANS, QUO TOTA EXTERRITA SILVIS
. . . . . . IUNT ARMENTA. FUGIT MUGITIBUS AETHER
. . . . . . SUS. SILVAEQUE. ET SICCI RIPA TANACRI.
. . . . . . NDAM MONSTRO HORRIBILIS EXERCUIT IRAS
. . . . NO PESTEM MEDITATA JUVENCAE.
. . . . . UOQ. NAM MEDIIS FERVORIBUS (C)ARIOR INSTA . ,
. . . . GRAVIDO PECORI. ARMENTAQUE PASCIS
. . . . NS ORTO. AUT NOCTEM DUCENTIBUS ASTRIS
. . . . UM CURA IN VITULOS TRADUCITUR OMNIS.
. . . . OQUE NOTAS. ET NOMINA GENTIS INURUNT
. . . . T PECORI MALINT SUMMITTERE HABENDO.
. . . . RVARE SACROS. AUT SCINDERE TERRAM.
. . . . HORRENTEM FRACTIS INVERTERE GLAEBIS.
. . . . NTUR VIR(DI)IS ARMENTA PER HERBAS

III.

Georg. libr. III. verf. 163.

TU QUOS AD STUDIA. ATQUE USUM FORMABIS AGRESTEM.
JAM VITULOS HORTARE. VIAMQUE INSISTE DOMANDI.
DUM FACILES ANIMI JUVENUM. DUM MOB[I]LIS AETAS.
AC PRIMUM LAXOS TENUI DE VIMINE CIRC[L]OS
CERVICI SUBNECTE. DEHINC UBI LIBERA COLLA

Georg. libr. III. verſ. 168.

SERVITIO ADSUERINT. IPSIS E TORQUIB. APTOS
JUNGE PARES. ET COGE GRADUM CONFERRE JUVENCOS.
ATQUE ILLIS JAM SAEPE ROTAE DUCANTUR INANES
PER TERRAM. ET SUMMO VESTIGIA PULVERE SIGNENT.
POST VALIDO NITENS SUB PONDERE FAGINUS AXIS
INSTREPAT. ET JUNCTOS TAEMO TRAHAT AEREUS ORBES
INTEREA PUBI INDOMITAE. NON GRAMINA TANTUM.
NEC VESCAS SALICUM FRONDES. ULVAMQUE PALUSTREM.
SED FRUMENTA MANU CAPES SATA. NEC TIBI FETAE
MORE PATRUM NIVEA IMPLEBUNT MULTRARIA VACCAE.
ET TOTA IN DULCIS CONSUMENT UBERA NATOS.
SIN AD BELLA MAGIS STUDIUM. TURMASQ. FEROCES.
AUT ALPHEA ROTIS PRAELABI FLUMINA PISE.
ET JOVIS IN LUCO. CURRUS AGITARE VOLENTIS.
PRIMUS EQUI LABOR EST. ANIMOS. ATQ. ARMA VIDERE
BELLANTUM. LITUOSQ. PATI. TRACTUQ. GEMENTEM
FERRE ROTAM ET STABULO FRENOS AUDIRE SONANTIS.
TUM MAGIS ATQUE MAGIS BLANDIS GAUDERE MAGISTRI
LAUDIB. ET PLAUSAE SONITUM CERVICIS AMARE
ATQUE HAEC JAM PRIMO DEPULSUS AB UBERE MATRIS
AUDEAT INQUE VICEM DET MOLLIB. ORA CAPISTRIS

Georg. libr. III. verf. 189.

INVALIDUS ETIAMQUE TREMENS. ETIAM INSCIUS AEVI
AT TRIBUS EXACTIS. UBI QUARTA [A]OCCE[SS]PERIT AESTAS
CARPERE MOX GYRUM INCIPIAT. GRADIBUS[Q] SONARE
COMPOSITIS. SINUETQUAE ALTERNA VOLUMINA CRURUM
SITQ. LABORANTI SIMILIS. [C]TUM CURSIBUS AURAS
TUM VOCET. AC PERI APERTA VOLANS. CEU LIBER HABENIS.
AEQUORA. VIX SUMMA VESTIGIA PONAT HARENA.
QUALIS HYPERBOREIS AQUILO CUM DENSUS AB ORIS
INCUBUIT. SCYTHIAEQ. HIEMIS. ATQ. ARIDA DIFFERT
NUBILA. TUM SEGETES ALTAE. CAMPIQ. NATANTIS
LENIB. HORRESCUNT FLABRIS. SUMMAEQ. SONOREM
DANT SILVAE. LONGIQUE URGENT AD LITORA FLUCTUS.
ILLE VOLAT. SIMUL ARVA FUGA. SIMUL AEQUORA VERRENS.
HINC VEL AD EL[E]I METAS. ET MAXIMA CAMPI
SUA DABIT SPATIA. ET SP[UM]AS AGIT ORE CRUENTAS.
BELGICA VEL MOLLI MELIUS FERET ESSEDA COLLO.
TUM DEMUM CRASSA MAGNUM FARRAGINE CORPUS
CRESCERE IAM DOMITIS SINITO. NAMQUE ANTE DOMANDUM
INGENTIS TOLLENT ANIMOS. PRENSIQUE NEGABUNT
VERBERA LENTA PATI. ET DURIS PARERE LUPATIS

Georg. libr. III. verf. 209.

SED NONNULLA MAGIS VIRIS INDUSTRIA FIRMAT.
QUAM VENEREM. ET CAECI STIMULOS AVERTERE AMORIS
SIVE BOUOM. SIVE EST QUO GRATIOR USUS EQUORUM.
ATQUE IDEO TAUROS PROCUL. ATQ. IN SOLA RELEGANT
PASCUA. POST MONTEM OPPOSITUM. ET TRANS FLUMINA LATA.
AUT INTUS CLAUSOS SATURA AD PRAESEPIA SERVANT

IIII.

Georg. libr. III. verſ. 285.

SINGULA DUM CAPTI CIRCUMVECTAMUR AMORE.
HOC SATIS ARMENTIS. SUPERAT PARS ALTERA CURAE.
LANIGEROS AGITARE GREGES. HIRTASQUE CAPELLAS.
HIC LABOR. HINC LAUDEM FORTES SPERATE COLONI
NEC SUM ANIMI DUBIUS. VERBIS EA VINCERE. MAGNU
QUAM SIT. ET ANGUSTIS HUNC ADDERE REB. HONOREM.
SED ME PARNASII DESERTA PER ARDUA DULCIS
RAPTAT AMOR. JUVAT IRE JUGIS. QUA NULLA PRIORUM
CASTALIAM MOLLI [III] VERTITUR ORBITA CLIVO.
NUNC VENERANDA PALES. MAGNO NUNC ORE S[O]ANANDŨ
INCIPIENS. STABULIS EDICO IN MOLLIBUS HERBAM
CARPERE OVES. DUM MOX FRONDOSA REDUCITUR AESTAS.
ET MULTA DURA [IN] STIPULA. FELICUMQUE MANIPLIS.
STERNERE SUBTER HUMUM. GLACIES NE FRIGIDA LAEDAT
MOLLE PECUS. SCABIEMQ. FERAT. TURPISQ. FODAGRAS.
POST HINC DIGRESSUS. I[Y]BEO FRONDENTIA CAPRIS
ARBUTA SUFFICERE. ET FLUVIOS PRAEBERE RECENTIS.
ET STABULA A VENTIS HIBERNO OPPONERE SOLI.
AD MEDIUM CONVERSA DIEM. CUM FRIGIDUS OLIM
JAM CADIT. EXTREMOQUE INRORAT AQUARIUS ANNO
HAEC QUOQUE NON CUR[A] NOBIS LEVIORE TUENDAE.

Georg. libr. III. verſ. 306.

NEC MINOR USUS ERIT. QUAMVIS MILESIA MAGNO
VELLERA MUTENTUR TYRIOS INCOCTA RUBORES
DENSIOR HINC SUBOLES. HIC LARGI COPIA LACTIS.
QUAM MAGIS EXHAUSTO SPUMAVERIT UBERE MULCTRA.
LAETA MAGIS PRESSIS MANABUNT FLUMINA MAMMIS.
NEC MINUS INTEREA BARBAS. INCANAQUE MENTA
CINYPHII TONDENT HIRQUI. SAETASQUE COMANTIS.
USUM IN CASTRORUM ET MISERIS VELAMINA NAUTIS.
PASCUNTUR VERO SILVAS. ET SUMMA LYCAEI.
HORRENTISQUE RUBOS. ET AMANTIS ARDUA DUMOS.
ADQ. IPSE MEMORES REDEUNT IN TECTA. SUOSQUE
DUCUNT. ET GRAVIDO SUPERANT VIX UBERE LIMEN.
ERGO OMNI STUDIO GLACIEM VENTOSQUE NIVALES.
QUO MINOR EST ILLIS CURAE MORTALIS AEGESTAS.
AVERTES. VICTUMQ. FERES. ET VIRGAEA LAETUS
PABULA. NEC TOTA CLAUDES FAENILIA BRUMA.

Georg. libr. III. verſ. 322.

AT VERO ZEPHYRIS CUM LAETA VOCANTIBUS AESTAS
IN SALTUS UTRUMQ. GRAEGEM. ATQ. IN PASCUA MITTES.
LUCIFERI PRIMO CUM SIDERE. FRIGIDA RURA
CARPAMUS. DUM MANE NOVUM. DUM GRAMINA CANENT.
ET ROS IN TENERA PECORI GRATISSIMUS HERBA.
INDE. UBI QUARTA SITIM CAELI COLLEGERIT HORA.

Georg. libr. III. verſ. 328.

ET CANTU QUERULAE RUMPENT ARBUSTA CICADAE.
AT PUTEOS. AUT ALTA GREGES AD STAGNA JUBETO
CURRENTEM ILIGNIS POTARE CANALIBUS UNDAM.
AESTIB. AUT MEDIIS UMBROSAM EXQUIRERE VALLEM.
SICUBI MAGNA JOVIS ANTIQUO ROBORE QUERCUS
INGENTIS TENDAT RAMOS. AUT SICUBI NIGRUM
ILICIBUS CREBRIS SACRA NEMUS ADCUBET UMBRA.
TUM TENUIS DARE RURSUS AQUAS. ET PASCERE RU[R]SUS
SOLIS AD OCCASUM. CUM FRIGIDUS AERA VESPER
TEMPERAT. ET SALTUS REFICIT JAM RO[S]CIDA LUNA.
LITORAQUE ALCYONEN RESONANT. ACALANTIDA DUMI.
QUID TIBI PASTORES LYBIAE. QUID PASCUA VERSU
PROSEQUAR. ET RARIS HABITATA MAPALIA TECTIS.
SAEPE DIEM NOCTEMQUE. ET TOTUM EX ORDINE MENSEM
PASCITUR. ID[T]QUE PECUS LONGA IN DESERTA SINE ULLIS
HOSPITIS. TANTUM CAMPI JACET. OMNIA SECUM
ARMENTA[N]RIUS AFER AGIT. TECTUMQUE LAREMQUE.
ARMAQUE. AMYCLAEUMQUE CANEM. CRESSAMQUE PHARETRAM.
NON SECUS AC PATRIIS ACER ROMANUS IN ARMIS
INULTO SUB FASCE VIAM QUOM CARPIT. ET HOSTI
ANTE EXSPECTATUM POSITIS STAT IN AGMINE CASTRIS.

V.

Georg. libr. IV. verſ. 97.

QUOM VENIT. ET SICCO TERRAM SPUIT ORE VIATOR
ARIDUS. ELUCENT ALIAE. ET FULGORE CORUSCANT.
ARDENTES AURO. ET PARIBUS LITA CORPORA GUTTIS.
HAEC POTIOR SUBOLES HINC CAELI TEMPORE CERTO.
DULCIA MELLA PRAEMES. NEC TANTUM DULCIA. QUANTUM
ET LIQUIDA. ET DURUM BACCHI DOMITURA SAPOREM.
AT QUUM INCERTA VOLANT. CAELOQ. EXAMINA LUDUNT.
CONTEMPNUNTQ. FAVOS. ET FRIGIDA TECTA RELINQUONT.
INSTABILIS ANIMOS LUDO PROHIBEBIS INANI.
NEC MAGNUS PROHIBERE LABOR. TU REGIBUS ALAS
ERIPE. NON ILLIS QUISQUAM CUNCTANTIBUS ALTUM
IRE ITER. AUT CASTRIS AUDEBIT VELLERE SIGNA.
INVITENT CROCEIS HALANTES FLORIBUS HORTI.
ET CUSTOS FURUM. ATQUE AVIUM CUM FALCE SALIGNA
HELLESPONTIACI SERVET TUTELA PRIAPI.
IPSE THYMUM'. PINOSQUE FERENS DE MONTIB. ALTIS.
TECTA SERAT LATE CIRCUM. QUOI TALIA CURAE.
IPSE LABORE MANUM DURO TERAT IPSE FERACIS
FIGAT HUMO PLANTAS. ET AMICOS IN[IG]RET IMBRES.
ATQUE EQUIDEM EXTREMO NI JAM SUB FINE LABORUM
VELA TRAHAM. ET TERRIS FESTINEM ADVERTERE PRORA[M].

Georg. libr. IV. verſ. 118.

FORSITAN ET PINGUIS HORTOS QUAE CURA COLENDI
ORNARET CANEREM. BIFERIQUE ROSARIA PESTI.
QUOQ. MODO POTIS GAUDERENT INTIBA RIVIS.
ET VIRIDIS APIO RIPAE. TORTUSQUE PER HERBAM
CRESCERET IN VENTREM CUCUMIS NEC SERA COMANTI[M]
NARCISSUM. AUT FLEXI TACUISSE[M] VIMEN ACANTHI.
PALLENTIS HEDERAS. ET AMANTIS LITORA MYRTOS.

V I.

Georg. libr. iv. verſ. 153.

SOLAE COMMUNIS NATOS. CONSORTIA TECTA
URBIS HABENT. MAGNISQUE AGITANT SUB LEGIB. AEVOM
AT PATRIAM SOLAE. ET CERTOS NOVERE PENATES.
VENTURAEQUE HIEMIS MEMORES AESTATE LABOREM
EXPERIUNTUR. ET IN MEDIUM QUAESITA REPONUNT.
NAMQUE ALIAE VICTU INVIGILANT. ET FOERE PACTO
EXERCENTUR AGRIS. PARS INTRA SAEPTA DOMORUM
NARCISSI LACRIMAM. ET LENTUM DE CORTICE GLUTEN
PRIMA FAVIS PONUNT FUNDAMINA. DEINDE TENACIS
SUSPENDUNT CERAS. ALIAE SPEM GENTIS ADULTOS
EDUCUNT FETUS. ALIAE PURISSIMA MELLA
STIPANT. ET ALIQUIDO DISTENDUNT NECTARE CELLAS.
SUNT QUIBUS AD PORTAS CAECIDIT CUSTODIA SORTI.
INQUE VICEM SPECULANTUR AQUAS. ET NUBILA CAELI.
AUT ONERA ACCIPIUNT VENIENTUM. AUT AGMINE FACTO
IGNAVUM FUCOS PECUS A PRAESEPIBUS ARCENT.
FERVET OPUS REDOLENTQ. THYMO FRAGLANTIA MELLA.

Georg. libr. IV. verſ. 170.

AC VELUTI LENTI CYCLOPES FULMINA MASSIS

CUM PROPERANT. ALITI TAURINIS FOLLIBUS AURAS
ACCIPIUNT REDDUNTQUE. ALII STRIDENTIA TINGUNT
AERA LACU. GEMIT INPOSITIS INCUDIBUS ANTRUM.
ILLIS INTER SESE MAGNA VI BRACCHIA TOLLUNT

VII.

Georg. libr. IV. verſ. 471.

AT CANTU COMMOTAE EREBI DE SEDIBUS IMIS.
UMBRAE IBANT TENUES SIMULACRAQ. LUCE CARENTUM
QUAM MULTA IN FOLIIS AVIUM SE MILLIA CONDUNT.
VESPER UBI. AUT HIBERNUS AGIT DE MONTIBUS IMBER
MATRES ATQ. VIRI. DE. . . . . . CORPORA VITA

Georg. libr. IV. verſ. 476.

MAGNANIMUM HEROUM. PUERI. INNUPTAEQUE PUELLAE.
IMPOSITIQUE ROGIS JUVENES ANTE ORA PARENTUM.
QUOS CIRCUM LIMUS NIGER. ET DEFORMIS HARUNDO
COCYTI. TARDAQUE PALUS INAMA[BI]LIS UNDA[E]
ALLIGAT. ET NOVIENS STYX INTERFUSA COERCET.
QUIN IPSAE STUPUERE DOMUS. ATQUE INTIMA LA[O]ETI
TARTARA. CAERULAEOSQUE INNEXAE CRINIB. ANGUES
EUMENIDES. TENUITQUE INHIANS TRIA CERBERUS ORA.
ATQUE IXIONEI VENTO ROTA CONSTITIT ORBIS.
JAMQUE PEDEM REFERENS CASUS EVASERAT OMNIS.
REDDITAQUE EURYDICES. SUPERAS VENIEBAT AD AURAS
PONE SEQUENS. NAMQ. HANC DEDERAT PROSERPINA LEGEM.
CUM SUBITA INCAUTU[M] DEMENTIA CEPIT AMANTEM.
IGNOSCENDA QUIDEM SCIRENT SI IGNOSCERE MANES.
RESTITIT. EURYDICENQUE SUAM IAM LUCE SUB IPSA
IMMEMOR. [H]EU VICTUSQUE ANIMI RESPEXIT. IBI OMNIS
EFFUSUS LABOR. ATQ. IMMITIS RUPTA TYRANNI
FOEDERA. TERQ. FRAGOR STAGNIS AUDITUS AVERNI.
ILLA. QUIS ET ME INQUIT MISERAM. ET TE PERDIDIT ORPHEU.
QUIS TANTUS FUROR. EN ITERUM CRU[D]ELIA RETRO
FATA VOCANT. CONDITQ. NATANTIA LUMINA SOMNUS.
IAMQUE VALE. FEROR INGENTI CIRCUMDATA NOCTE.

VIII.

Georg. libr. IV. verſ. 522.

DISCERPTUM LATOS JUVENEM SPAR . . . .
TUM QUOQUE MARMOREA CAPUT A CE . . . .
GURGITE QUUM MEDIUS PORTANS O . . . .
VOX IPSA ET FRIGIDA LIN-
VOLVERET EURYDICEN ANIMA FUGI . . . .
EURYDICEN TOTO REFEREBANT FLUM . . . .



Georg. libr. iv. verſ. 528.

. . . . JACTU DEDIT AEQUOR IN ALTUM.
. . . . ANTEM UNDAM SUB VERTICE TORSIT
. . . . MQUE ULTRO EST ADFATA TIMENTEM
. . . . NIMO DEPONERE CURAS.
. . . . BI CAUSA. HINC MISERABILE NYMPHAE.
. . . . HOROS LUCIS AGITABAT IN ALTIS.
. . . . B. TU MUNERA SUPPLEX
. . . . ET FACILIS VENERARE NAPAEAS.
. . . . IAM VOTIS. IRASQUE REMITTENT.
. . . . SIT PRIUS ORDINE DICAM.
. . . . STANTI CORPORE TAUROS.
. . . . DEPASCUNT SUMMA LYCAEI
. . . . M CERVICE JUVENCAS.
. . . . AD DELUBRA DEARUM
. . . . ULIS DEMITTE CRUOREM.
. . . . FRONDOSO DESERE LUCO.
. . . . RA OSTENDERIT ORTUS.
. . . . EA PAPAVERA MITTES.
. . . . EM. LUCUMQUE REVISES.
. . . . ULA VENERABERE CAESA.
. . . . TRIS PRAECEPTA FACESSIT.

VIIII.

Aeneidos libr. 1. verſ. 185.

PROSPICIT ERRANTIS. HOS TOTA ARMENTA SEQUUNTUR
A TERGO. ET LONGUM PER VALLIS PASCITUR AGMEN.
CONSTITIT. HIC ARCUMQUE MANU. CELERISQUE SAGITTAS
CORRIPUIT. FIDUS QUAE TELA GEREBAT ACHATES.
DUCTORESQUE IPSOS PRIMUM CAPITA ALTA FERENTIS.
CORNIBUS ARBOREIS STERNIT. TUM VULGUS. ET OMNEM
MISCET AGENS TELIS. NEMORA INTER FRONDEA TURBAM.
NEC PRIUS ABSTITIT. QUAM SEPTEM INGENTIA VICTOR
CORPORA FUNDAT HUMO. ET NUMERUM CUM NAVIBUS AEQUET.
HINC PORTUM PETIT. ET SOCIOS PARTITUR IN OMNIS.
VINA. BONUS QUAE DEINDE CADIS ONERARAT ACESTES
LITORE TRINACRIO DEDERATQUE ABEUNTIBUS HEROS
DIVIDIT. ET DICTIS MAERENTIA PECTORA MULCET.
O SOCII NEQUE ENIM IGNARI SUMUS ANTE MALORUM.
O PASSI GRAVIORA. DABIT DEUS HIS QUOQUE FINEM.
VOS ET SCYLLEAM RABIEM. PENITUSQ. SONANTIS
ACCESTIS SCOPULOS. VOS ET CYCLOPE A SAXA
EXPERTI. REVOCATE ANIMOS. MAESTUMQ. TIMOREM
MITTITE. FORSAN HAEC OLIM MEMINISSE JUVABIT.
PER VARIOS CASUS. PER TOT DISCRIMINA RERUM
TENDIMUS IN LATIUM. SEDES UBI FATA QUIETAS

Aeneidos libr. 1. verſ. 206.

OSTENDUNT. ILLIC FAS REGNA RESURGERE TROJAE.
DURATE. ET VOSMET REB. SERVATE SECUNDIS.
TALIA VOCE REFERT. CURISQUE INGENTIBUS AEGER.
SPEM VULTU SIMULAT. PRAEMIT ALTUM CORDE DOLOREM.
ILLI SE PRAEDAE ACCINGUNT. DAPIBUSQUE FUTURIS.
TERGORA DIRIPIUNT COSTIS. ET VISCERA NUDANT.
PARS IN FRUSTA SECANT. VETERIBUS TREMENTIA FIGUNT.
LITORE AENA LOCANT ALII. FLAMMASQUE MINISTRANT.
TUM VICTU REVOCANT VIRIS. FUSIQUE PER HERBAM.
IMPLENTUR VETERIS BACCHI. PINGUISQUE FERINAE.
POSTQUAM EXEMPTA FAMES EPULIS. MENSAEQUE REMOTAE.
AMISSOS LONGO SOCIOS SERMONE REQUIRUNT.
SPEMQ. METUMQUE INTER DUBII. SEU VIVERE CREDANT.
SIVE EXTREMA PATI NEC JAM EXAUDIRE VOCATOS.
PRAECIPUE PIUS AENEAS. NUNC AGRIS ORONTI.
NUNC AMYCI CASUM GEMIT. ET CRUDELIA SECUM
FATA LYCI. FORTEMQ. GYAN. FORTEMQ. CLOANTHUM.
ET JAM FINIS ERAT. CUM JUPPITER AETHERE SUMMO
DESPICIENS MARE VENIVOLUM. TERRASQUE JACENTES.
LITORAQUE. ET LATOS POPULOS. SIC VERTICE CAELI
CONSTITIT. ET LYBIAE DEFIXIT LUMINA REGNIS.

Aen. libr. I. verf. 227.

ATQ. ILLUM TALIS JACTANTEM PECTORE CURAS.
TRISTIOR. ET LACRIMIS OCULOS SUFFUSA NITENTIS
ADLOQUITUR VENUS. O QUI RES HOMINUMQ. DEUMQ.
AETERNIS REGIS IMPERIIS. ET FU[L]MINE TERRES.
QUID MEUS AENEAS IN TE COMMITTENRE TANTUM.
QUID TROES POTUERE. QUIB. TOT FUNERA PASSIS
CUNCTUS OB ITALIAM TERRARUM CLAUDITUR ORBIS.
CERTE HINC ROMANOS OLIM VOLVENTIBUS ANNIS.
HINC FORE DUCTORES. REVOCATO[A] SANGUINE TEUCRI.
QUI MARE. QUI TERRAS OMNIS. DICIONE TENERENT
POLLICITUS. QUAE TE GENITOR SENTENTIA VERTIT,
HOC EQUIDEM OCCASUM TROJAE. TRISTISQUE RUINAS
SOLABAR. FATIS CONTRARIA FATA REPENDENS.
NUNC EADEM FORTUNA VIROS. TOT CASIBUS ACTOS
INSEQUITUR. QUEM DAS FINEM REX MAGNE LABORUM.
ANTENOR POTUIT MEDIIS ELABSUS ACHIVIS
ILLYRICOS PENETRARE SINUS. ATQUE INTUMA TUTUS
REGNA LIBURNORUM. ET FONTEM SUPERARE TIMAVI.
UNDE PER ORA NOVEM VASTO CUM MURMURE MONTIS
IT MARE PRORUPTUM. ET PELAGO PRAEMIT ARVA SONANTI.
HIC TAMEN ILLE URBEM PATAVI. SEDESQUE LOCAVIT

Aen. libr. I. verſ. 248.

TEUCRORUM. ET GENTI NOMEN DEDIT. ARMAQUE FIXIT
TROJA. NUNC PLACIDA COMPOSTUS PACE QUIESCIT.
NOS. TUA PROGENIES. CAELI QUIB. ADNUIS ARCEM.
NAVIBUS INFANDUM AMISSIS. UNIUS OB IRAM
PRODIMUR. ATQUE ITALIS LONGE DI[S]JUNGIMUR ORIS.
HIC PIETATIS HONOS. SIC NOS [IN] SCEPTRA REPONIS.
OLLI SUBRIDENS HOMINUM SATOR. ATQUE DEORUM.
VULTU QUO CAELUM TEMPESTATESQUE SERENAT.
OSCULA LIBAVIT NAT[A]E. DEHINC TALIA FATUR.
PARCE METU CYTHEREA. MANENT IMMOTA TUORUM
FATA TIBI. CERNES URBEM. ET PROMISSA LAVINI
MOENIA. SUBLIMEMQUE FERES AD SIDERA CAELI
MAGNANIMUM AENEAN. NEQ. ME SENTENTIA VERTIT.
HIC TIBI FABOR ENIM. QUANDO HAEC TE CURA REMORDET.
LONGIUS ET VOLVENS FATORUM ARCANA MOVEBO.
BELLUM INGENS GERET ITALIA. POPULOSQUE FEROCES
CONTUNDET. MORESQUE VIRIS ET MOENIA PONET.
TERTIA DUM LATIO REGNANTEM VIDERIT AESTAS.
TERNAQUE TRANSIERINT RUTULIS HIBERNA SUBACTIS.
AT PUER ASCANIUS. QU[I]O NUNC [GOG]NOMEN JULO
ADDITUR ILIUS ERAT. DUM RE[E] STETIT ILLA REGNO.

ACHATES
AENEAS

X.

Aen. libr. 1. verſ. 423.

JAMQ ASCENDEBANT COLLEM. QUI PLURIMUS URBI
IMMINET. ADVERSASQUE AD SPECTAT DESUPER ARCES.
MIRATUR MOLEM AENEAS. MAGALIA QUONDAM.
STRATA. MIRATUR PORTAS. STREPITUMQUE. ET ASTRA VIARUM.
INSTANT ARDENTES TYRII. PARS DUCERE MUROS.
MOLIRIQUE ARCEM. ET MANIBUS SUBVOLVERE SAXA.
PARS OPTARE LOCUM TECTO. ET CONCLUDERE SULCO.
JURA MAGISTRATUSQ LEGUNT. SANCTUMQUE SENATUM.
HIC PORTUS ALII EFFODIUNT. HIC LATA THEATRIS
LOCANT. FUNDAMENTA PETUNT ALII. IMMANESQUE COLUMNAS
RUPIBUS EXCIDUNT. SCAENIS DECORA ALTA FUTURIS.
QUALIS APES AESTATE NOVA PER FLOREA RURA
EXERCET SUB SOLE LABOR. CUM GENTIS ADULTOS
EDUCUNT FOETUS. AUT CUM LIQUENTIA MELLA
STIPANT. ET DULCI DISTENDUNT NECTARE CELLAS.
AUT ONERA ACCIPIUNT VENIENTUM. AUT AGMINE FACTO
IGNAVUM FUCOS PECUS A PRAESEPIBUS ARCENT.
FERVET OPUS REDOLENTQUE TYMO FLAGRANTIA MELLA.
O FORTUNATI. QUORUM JAM MOENIA SURGUNT
AENEAS AIT. ET FASTIGIA SUSPICIT URBIS.
INFERT SE SAEPTUS NEBULA MIRABILE DICTU

Aeneidos libr. I. verſ. 444.

PER MEDIOS. MISCETQUE VIRIS. NEQUE CERNITUR ULLI.
LUCUS IN URBE FUIT MEDIA. LAETISSIMUS UMBRA.
QUO PRIMUM JACTATI UNDIS. ET TURBINE POENI
EFFODERE LOCO SIGNUM. QUOD REGIA JUNO
MONSTRARAT. CAPUT ACRIS EQUI. SIC NAM FORE BELLO
EGREGIAM. ET FACILEM VICTU PER SAECULA GENTEM.
HIC TEMPLUM JUNONI INGENS SIDONIA DIDO
CONDEBAT. DONIS OPULENTUM. ET NUMINE DIVAE.
AEREA CUI GRADIBUS SURGEBANT LIMINA. NEXAEQUE
AERE TRABES. FORIBUS CARDO STRIDEBAT AENIS.
HOC PRIMUM IN LUCO NOVA RES OBLATA. TIMOREM
LENIIT. HIC PRIMUM AENEAS SPERARE SALUTEM
AUSUS. ET ADFLICTIS MELIUS CONFIDERE REBUS.
NAMQUE SUB INGENTI LUSTRAT DUM SINGULA TEMPLO.
REGINAM OPPERIENS. DUM QUAE FORTUNA SIT URBI.
ARTIFICUMQUE MANUS INTER SE. OPERUMQ. LABOREM
MIRATUR. VIDET ILIACAS EX ORDINE PUGNAS.
BELLAQUE. JAM FAMA TOTUM VULGATA PER ORBEM.
ATRIDAS. PRIAMUMQ. ET SAEVUM AMBOB. ACHILLEM.
CONSTITIT. ET LACRIMANS. QUIS JAM LOCUS INQUIT ACHATE.
QUAE REGIO IN TERRIS NOSTRI NON PLENA LABORIS.

Aen. libr. 1. verſ. 465.

EN PRI[A]MUS. SUNT HIC ETIAM SUA PRAEMIA LAUDI.
SUNT LACRIMAE RERUM. ET MENTEM MORTALIA TANGUNT.
SOLVE METUS. FERET HAEC ALIQUAM TIBI FAMA SALUTEM.
SIC AIT. ATQ. ANIMUM PICTURA PASCIT INANI.
MULTA GEMENS. LARGOQUE UMECTAT FLUMINE VULTUM.
NAMQUE VIDEBAT. UTI BELLANTES PERGAMA CIRCUM
HAC FUGERENT GRAJI. PREMERET TROJANA JUVENTUS.
HAC FRYGES. INSTARET CURRU CRISTATUS ACHILLES.

NEC PROCUL HINC RE[S]SI NIVEIS TENTORIA VELIS
ADGNOSCIT LACRIMANS. PRIMO QUAE PRODITA SOMNO
TYDIDES MULTA VASTABAT CAEDE CRUENTUS.
ARDENTESQUE AVERTIT EQUOS IN CASTRA. PRIUSQUAM
PABULA GUSTASSENT TROIIAE· XANTHUMQ. BIBISSENT.
PARTE ALIA FUGIENS AMISSIS TROILUS ARMIS.
INFELIX PUER. ATQ. INPAR CONGRESSUS ACHILLI.
FERTUR EQUIS. CURRUQUE HAERET RESUPINUS INANI.
LORA TENENS TAMEN. HUIC CERVIXQ. COMAEQ. TRAHUNTUR
PER TERRAM. ET VERSA PULVIS INSCRIBITUR HASTA.

INTEREA AD TEMPLUM NON AEQUE PALLADIS IBANT.
CRINIBUS ILIADES PASSIS. PEPLUMQ. FEREBANT
SUPPLICITER TRISTES. ET TUNSAE PECTORA PALMIS.

Aen. libr. I. verſ. 486.

DIVA SOLO FIXOS OCULOS AVERSA TENEBAT.
TER CIRCUM ILIACOS RAPTAVERAT HECTORA MUROS.
EXANIMUMQUE AURO CORPUS VENDEBAT ACHILLES.
TUM VERO INGENTEM GEMITUM DAT PECTORE AB IMO.
UT SPOLIA. UT CURRUS. UTQUE IPSUM CORPUS AMICI.
TENDENTEMQUE MANUS PRIAMUM CONSPEXIT INERMES.
SE QUOQ. PRINCIPIB. PERMIXTUM ADGNOVIT ACHIVIS.
EOASQUE ACIES. ET NIGRI MEMNONIS ARMA.
DUCIT AMAZONIDUM LUNATIS AGMINA PELTIS.
PENTHESILEA FURENS. MEDIISQUE IN MILIBUS ARDET.
AUREA SUBNECTENS EXERTAE CINGULA MAMMAE
BELLATRIX. AUDETQUE VIRIS CONCURRERE VIRGO.
HAEC DUM DARDANI AENEAE MIRANDA VIDENTUR.
DUM STUPET. OBTUTUQ. HAERET DEFIXUS IN UNO.
REGINA AD TEMPLUM. FORMA PULCHERRIMA DIDO
INCESSIT. MAGNA JUVENUM STIPANTE CATERVA.
QUALIS IN EUROTAE RIPIS. AUT PER JUGA CYNTHI
EXERCET DIANA CHOROS. QUAM MILLE SECUTAE
HINC ATQ. HINC GLOMERANTUR OREADES. ILLA PHARETRĀ
FERT UMERO. GRADIENSQ. DEAS SUPEREMINET OMNIS.
LATONAE TACITUM PERTEMPTANT GAUDIA PECTUS.

Aeneid. libr. 1. verſ. 507.

TALIS ERAT DIDO. TALEM SE LAETA FERĀT
PER MEDIOS. INSTA[NS] OPERI. REGNISQUE FUTURIS.
TUM FORIBUS DIVAE. MEDIA TESTUDINE TEMPLI
SAEPTA ARMIS. SOLIOQUE ALTE SUBNIXA RESEDIT.
JURA DABAT. LEGESQ. VIRIS. OPERUMQUE LABOREM
PARTIBUS AEQUABAT JUSTIS. HAUT SORTE TRAHEBAT.
CUM SUBITO AENEAS CONCURSU ACCEDERE MAGNO
ANTHEA SERGESTUMQUE VIDET FORTEMQUE CLOANTHUM.
TEUCRORUMQUE ALIOS. ATER QUOS AEQUORE TURBO
DISPULERAT. PENITUSQ. ALIAS AVERTERAT ORAS.
OBSTUPUIT SIMUL IPSE. SIMUL PERCUSSUS ACHATES.
LAETITIAQUE METUQUE. AVIDI CONJUNGERE DEXTRAS
ARDEBANT. SED RES ANIMOS INCOGNITA TURBAT.
DISSIMULANT. ET NUBE CAVA SPECULANTUR AMICTI.
QUAE FORTUNA VIRIS. CLASSEM QUO LITORE LINQUANT.
QUID VENIANT. CUNCTI[S] NAM LECTI NAVIBUS IBANT
ORANTES VENIAM. ET TEMPLUM CLAMORE PETEBANT.
POSTQUAM INTROGRESSI. ET CORAM DATA COPIA FANDI.
MAXIMUS ILIONEUS PLACIDO SIC PECTORE CO[E]PIT.

X I.

Aen. libr. I. verſ. 590.

VIX. EA. FATUS ERAT. QUAE CIRCUMFUSA REPENTE
SCINDIT SE NUBES. ET IN AETHERA PURGAT APERTUM.
RESTITIT AENEAS. CLARAQ. IN LUCE REFULSIT.
OS UMEROSQUE DEO SIMILIS. NAMQUE IPSA DECORAM
CAESARIEM NATO GENETRIX. LUMENQ. IUVENTAE

Aen. libr. 1. verf. 595.

PURPUREUM . ET LAETOS OCULIS ADFLARAT HONORES .
QUALE MANUS ADDUNT EBORI DECUS . AUT UBI FLAVO
ARGENTUM . PARIUSVE LAPIS CIRCUMDATUR AURO .
TUM SIC REGINAM ADLOQUITUR . CUNCTISQUE REPENTE
INPROVISUS AIT . CORAM QUEM QUAERITIS ADSUM
TROIUS AENEAS . LIBYCIS EREPTUS AB UNDIS .
O SOLA INFANDOS TROIAE MISERATA LABORES .
QUAE NOS RE[L]LIQUIAS DANAUM . TERRAEQUE . MARISQ.
OMNIBUS E[H]XAUSTOS IAM CASIBUS . OMNIUM EGENOS .
URBE . DOMO SOCIAS . GRATES PERSOLVERE DIGNAS
NON OPIS EST EST NOSTRAE DIDO . NEC QUICQUID UBIQ. EST
GENTIS DARDANIAE . MAGNUM QUAE SPARSA PER ORBEM .
DII TIBI SI QUA PIOS RESPECTANT NUMINA . SI QUID
USQUAM IUSTITIAE EST . ET MENS SIBI CONSCIA RECTI .
PRAEMIA DIGNA FERANT . QUAE TE TAM LAETA TULERUNT
SAECULA . QUI TANTI TALEM GENUERE PARENTES .
IN FRETA DUM FLUVII CURRENT . DUM MONTIB. UMBRAE
LUSTRABUNT CONVEXA . POLUS DUM SIDERA POSCET .
SEMPER HONOS . NOMENQUE TUUM . LAUDESQUE MANEBUNT .
QUAE ME CUMQUE VOCANT TERRAE . SIC FATUS . AMICUM
ILIONEA PETIT DEXTRA . LAEVAQUE SERESTUM .

XII.

Aen. libr. 1. verſ. 658.

MAXIMA NATARUM PRIAMI. COLLOQUE MONILE
BACATUM. ET DUPLICEM [GEM] MIS. AUROQUE CORONAM.
HAEC CELERANS ITER AD NAVES TENDEBAT ACHATES.

AT CYTHEREA NOVAS ARTES. NOVA PECTORE VERSAT
CONSILIA. UT FACIEM MUTATUS ET ORA CUPIDO
PRO DULCI ASCANIO VENIAT. DONIS [Q] FURENTEM

V I R G I L I I

Aeneid. libr. 1. verf. *665*.

INCENDAT REGINAM. ATQ. OSSIBUS IMPLICET IGNEM.
QUIPPE DOMUM TIMET AMBIGUAM. TYRIOSQ. BILINGUES.
URIT ATROX JUNO. ET SUB NOCTEM CURA RECURSAT.
ERGO HIS ALIGERUM DICTIS ADFATUR AMOREM.
NATAE MEAE VIRES. MEA MAGNA POTENTIA. SOLUS
NATE. PATRIS SUMMI QUI TELA TYPHOEA TEMNIS.
AD TE CONFUGIO. ET SUPPLEX TUA NUMINA POSCO.
FRATER UT AENEAS PELAGO TUUS. OMNIA CIRCUM
LITORA JACTAETUR[Q.] ODIIS JUNONIS INIQUAE.
NOTA TIBI. ET NOSTRO DOLUISTI SAEPE DOLORE.
NUNC PHOENISSA TENET DIDO. BLANDISQ. MORATUR
VOCIBUS. ET VEREOR QUO SE JUNONIA VERTANT
HOSPITIA. HAUD TANTO CESSABIT CARDINE RERUM.
QUOCIRCA CAPERE ANTE DOLIS. ET CINGERE FLAMMA
REGINAM MEDITOR. NE QUO SE NUMINE MUTET.
SED MAGNO AENEAE MECUM TENEATUR AMORE.
QUA FACERE ID POSSIS. NOSTRAM NUNC ACCIPE MENTEM.
REGIUS ACCITUS CARI GENITORIS AD URBEM
SIDONIAM PUER IRE PARAT. MEA MAXIMA CURA.
DONA FERENS PELAGO. ET FLAMMIS RESTANTIA TROJAE.
HUNC EGO SOPITUM SOMNO SUPER ALTA CYTHERA.





XIII.

Aeneid. libr. 2. verſ. 170.

SPES DANAUM. FRACTAE VIRES. AVERSA DE[AE] MENS.
NEC DUBIIS EA SIGNA DEDIT TRITONIA MONSTRIS.
VIX POSITUM CASTRIS SIMULACRU[M] ARSERE CORUSCAE
LUMINIBUS FLAMMAE ARRECTI[S] SALSUSQUE PER ARTUS
SUDOR IIT. TERQ. IPSA SOLO MIRABILE DICTU
EMICUIT. PARMAMQ. FERENS. HASTAMQ. TREMENTEM
EXTEMPLO TEMPTANDA FUGA CANIT AEQUORA CALCHAS.
NEC POSSE ARGOLICIS EXCINDI PERGAMA TELIS.
OMINA NI REPETANT ARGIS. NUMENQ. REDUCANT.
QUOD PELAGO. ET CURVIS SECUM ADVEXERE CARINIS.
ET NUNC QUOD PATRIAS VENTO PETIERE MYCENAS.
ARMA DEOSQUE PARANT COMITES. PELAGOQUE REMENSO
INPROVISI ADERUNT. ITA DIGERIT OMINA CALCHAS.
HANC PRO PALLADIO MONITI. PRO NUMINE LAESO
EFFIGIEM STATUERE. NEFAS QUAE TRISTE PIARET.
HANC TAMEN INMENSUM CALCHAS ATTOLLERE MOLEM
ROBORIB. TEXTIS. CAELOQUE EDUCERE JUSSIT.
NE RECIPI PORTIS. AUT DUCI IN MOENIA POSSIT.
NEU POPULUM ANTIQUA SUB RE[L]IGIONE TUERI.
NAM SI VESTRA MANUS VIOLASSET DONA MINERVAE.
TUM MAGNUM EXITIUM QUOD DII PRIUS OMEN IN IPSUM.

Aeneid. libr. 2. verſ. 191.

CONVERTANT PRIAMI IMPERIO. PHRYGIISQUE FUTURUM.
SIN MANIBUS VESTRIS VESTRAM ASCENDISSET IN URBEM.
ULTRO ASIAM MAGNO PELOPEA AD MOENIA BELLO
VENTURAM. ET NOSTROS EA FATA MANERE NEPOTES.
TALIBUS IINSIDIIS. PERJURIIQ. ARTE SINONIS
CREDITA RES. CAPTIQ. DOLIS. LACRIMISQUE COACTIS.
QUOS NEQUE TYDIDES. NEC CLARISEUS ACHILLES.
NON ANNI DOMUERE DECEM. NON MILLAE CARINAE.



XIIII.

Aen. libr. 2. verſ. 254.

ET JAM ARGIVA PHALANX INSTRUCTIS NAVIB. IBAT
A TENEDO. TACITAE PER AMICA SILENTIA LUNAE.
LITORA NOTA PETENS. FLAMMAS CUM REGIA PUPPIS
EXTULERAT. FATISQUE DEUM DEFENSUS INIQUIS.
OS
INCLUS UTERO DANAOS ET PINEA FURTIM

X V.

Aen. libr. 2. verſ. 260.

. . . .

. . . . MUNT

. . . . ES . ET DI^R^VUS ULYXES

. . . . ATHAMASQ. THOASQ.

. . . . QUE NEOPTOLEMUS . PRIMUSQUE MACHAON .

ET MENELAUS . ET IPSE DOLI FABRICATOR EPEOS .

INVADUNT URBEM . SOMNO VINOQUE SEPULTAM .

CAEDUNTUR VIGILES . PORTISQUE PATENTIB. OMNES

ACCIPIUNT SOCIOS . ATQUE AGMINA CONSCIA JUNGUNT .



Aen. libr. 2. verſ. 268.

TEMPUS ERAT. QUO PRIMA QUIES MORTALIBUS AEGRIS
INCIPIT. ET DONO DIVUM GRATISSIMA SERPIT.
IN SOMNIS ECCE ANTE OCULOS MAESTISSIMUS HECTOR
VISUS ADESSE MIHI. LARGOSQUE EFFUNDERE FLETUS.
RAPTATUS BIGIS. UT QUONDAM. ATERQUE CRUENTO
PULVERE. PERQUE PEDES TRAJECTUS LORA TUMENTES.
EI MIHI. QUALIS ERAT. QUANTUM MUTATUS AB ILLO
HECTORE. QUI REDIT EXUVIAS INDUTUS ACHILLEI.
VEL DANAUM PHRYGIOS JACULATUS PUPPIBUS IGNES.
SQUALENTEM BARBAM. ET CONCRETOS SANGUINE CRINES.
VULNERAQUE ILLA GERENS. QUAE CIRCUM PLURIMA MUROS.
ACCEPIT PATRIOS. ULTRO FLENS IPSE VIDEBAR
COMPELLARE VIRUM. ET MAESTAS EXPROMERE VOCES.
O LUX DARDANIAE. SPES O FIDISSIMA TEUCRUM.
QUAE TANTAE TENUERE MORAE. QUIBUS HECTOR AB ORIS
EXPECTATE VENIS. UT TE POST MULTA TUORUM
FUNERA. POST VARIOS HOMINUMQ. URBISQ. LABORES
DEFESSI ASPICIMUS. QUAE CAUSA INDIGNA SERENOS
FOEDAVIT VULTUS. AUT CUR HAEC VULNERA CERNO.
ILLE NIHIL. NEC ME QUAERENTEM VANA MORATUR.
SED GRAVITER GEMITUS IMO DE PECTORE DUCENS.

Aen. libr. 2. verſ. 289.

HEU FUGE NATE DEA. TEQUE HIS. AIT. ERIPE FLAMMIS.
HOSTIS HABET MUROS. RUIT ALTO A CULMINE TROIIA.
SAT PATRIAE PRIAMOQUE DATUM. SI PERGAMA DEXTRA
DEFENDI POSSENT. ETIAM HAC DEFENSA FUISSENT.
SACRA SUOSQUE TIBI COMMENDAT TROJA PENATES.
HOS CAPE FATORUM COMITES. HIS MOENIA QUAERE.
MAGNA PERERRATO STATUES QUAE DENIQUE PONTO.
SIC AIT. ET MANIBUS VITTAS. VESTAMQUE POTENTEM.
AETERNUMQUE ADYTIS EFFERT PENETRALIBUS IGNEM.
DIVERSO INTEREA MISCENTUR MOENIA LUCTU.
ET MAGIS. ATQUE MAGIS. QUAMQUAM SECRETA PARENTIS
ANCHISAE DOMUS. ARBORIBUSQUE OBTECTA RECESSIT
CLARESCUNT SONITUS. ARMORUMQUE INGRUIT HORROR.
EXCUTIOR SOMNO. ET SUMMI FASTIGIA TECTI
ASCENSU SUPERO. ATQUE ARRECTIS AURIBUS ASTO.
IN SEGETEM VELUTI CUM FLAMMA FURENTIBUS AUSTRIS
INCIDIT. AUT RAPIDUS MONTANO FLUMINE TORRENS
STERNIT AGROS. STERNIT SATA LAETA. BOUMQ. LABORES.
PRAECIPITESQUE TRAHIT SILVAS. STUPET INSCIUS ALTO
ACCIPIENS SONITUM SAXI DE VERTICE PASTOR.
TUM VERO MANIFESTA FIDES. DANAUMQUE PATESCUNT

XVI.

Aen. libr. 2. verf. 437.

PROTINUS [AD] SEDES PRIAMI CLAMORE VOCATI.
HIC VERO INGENTEM PUGNAM CEU CETERA NUSQUAM
BELLA FORENT. NULLI TOTA MORERENTUR IN URBE.
SIC MARTEM INDOMITUM. DANAOSQUE AD TECTA RUENTES
CERNIMUS. OBSESSUMQUE [ACTA] ATRA TESTUDINE LIMEN.
HAERENT PARIETIBUS SCALAE. POSTESQUE SUB IPSOS
NITUNTUR GRADIBUS. C[I]LPEOSQUE AD [TELA] TECTA SINISTRIS
PROTECTI OBICIUNT. PRENSANT FASTIGIA DEXTRIS.
DARDANIDAE CONTRA. TURRES. AC TECTA DOMORUM
CULMINA CONVELLUNT [HIS] SE. QUANDO ULTIMA CERNUNT.
EXTREMA JAM IN MORTE. PARANT DEFENDERE TELIS
AURATASQ. TRABES. VETERUM DECORA [ALTA] ILLA PARENTUM.
DEVOLVUNT. ALII STRICTIS MUCRONIBUS IMAS
OBSEDERE FORES. HAS SERVANT AGMINE DENSO.
INSTAURATI ANIMI REGIS SUCCURRERE TECTIS.
AUXILI[O]Q. LEVARE VIROS. VIMQUE ADDERE VICTIS.
LIMEN ERAT. [CAE] CAEQUE FORES. ET [PER] VIUS USUS
TECTORUM INTER SE PRIAMI. POSTESQUE RELICTI
A TERGO. INFELIX QUA SE. DUM REGNA MANEBANT.
SAEPIUS ANDROMACHE FERRE INCOMITATA SOLEBAT
AD SOCEROS. ET AVO PUERUM ASTYANACTA TRAHEBAT.

Aen. libr. 2. verſ. 458.

EVADO AD SUMMI FASTIGIA CULMINIS. UNDE
TELA MANU MISERI JACTABANT INERTIA TEUCRI. (IRRITA)
TURRIM IN PRAECIPITI STANTEM. SUMMISQ. SUB ASTRA
EDUCTAM TECTIS. UNDE OMNIS TROJA VIDERI.
ET DANAUM SOLITAE NAVES. ET ACHAICA CASTRA
AGGRESSI FERRO CIRCUM. QUA SUMMA LABANTES
JUNCTURAS TABULATA DABANT. CONVELLIMUS ALTIS
SEDIBUS. IMPULISQUE. (MU) EA LAPSA REPENTE RUINAM
CUM SONITU TRAHIT. ET DANAUM SUPER AGMINA LATE
INCIDIT. AST ALII SUBEUNT. NEC SAXA. NEC ULLUM
TELORUM INTEREA CESSAT GENUS.

XVII.

Aen. libr. 2. verſ. 673.



ECCE AUTEM COMPLEXA PEDES IN LIMINE CONJUNX
HAEREBAT. PARVUMQUE PATRI TENDEBAT JULUM.
SI PERITURUS ABIS. ET NOS RAPE IN OMNIA TECUM.
SIN ALIQUAM EXPERTUS SUMPTIS SPEM PONIS IN ARMIS.
HANC PRIMUM TUTARE DOMUM. CUI PARVUS JULUS.
CUI PATER. ET CONJUNX QUONDAM TUA DICTA RELINQUOR.

Aen. libr. 2. verf. 679.

TALIA VOCIFERANS. GEMITU TECTUM OMNE REPLEBAT.
QUUM SUBITU^{M}. DICTUQUE ORITUR MIRABILE MONSTRUM.
NANQUE MANUS INTER. MAESTORUMQUE ORA PARENTUM.
ECCE LEVIS SUMMO DE VERTICE VISUS JULI.
FUNDERE LUMEN APEX. TACTUQUE INNOXIA MOLLIS
LAMBERE FLAMMA COMAS. ET CIRCUM TEMPORA PASCI.
NOS PAVIDI TREPIDARE METU. CRINEMQUE FLAGRANTEM
EXCUTERE. ET SANCTOS RESTINGUERE FONTIBUS IGNIS.
AT PATER ANCHISES OCULOS AD SIDERA LAETUS
EXTULIT. ET CAELO PALMAS CUM VOCE TETENDIT.
JUPPITER OMNIPOTENS. PRAECIBUS SI FLECTERIS ULLIS.
ASPICE NOS. HOC TANTUM. ET SI PIETATE MEREMUR.
DA DEINDE AUXILIUM PATER. ATQUE OMINA FIRMA.
VIX EA FATUS ERAT SENIOR. SUBITOQUE FRAGORE
INTONUIT LAEVUM. ET DE CAELO LAPSA PER UMBRAS
STELLA FACEM DUCENS MULTA CUM LUCE CUCURRIT.
ILLAM SUMMA SUPER LABENTEM CULMINA TECTI
CERNIMUS IDAEA CLARAM SE CONDERE SILVAM.
SIGNANTEMQ. VIAS. TUM LONGO LIMITE SULCUS
DAT LUCEM. ET LATE CIRCUM LOCA SULPURE FUMANT.
HIC VERO VICTUS GENITOR SE TOLLIT AD AURAS.



XVIII.

Aen. libr. 3. verſ. 1.

POSTQUAM RES ASIAE. PRIAMIQUE EVERTERE GENTEM.
INMERITAM VISUM SUPERIS. CECIDITQUE SUPERBUM
ILIUM. ET OMNIS HUMO FUMAT NEPTUNIA TROIA.
DIVERSA EXILIA. ET DESERTAS QUAERERE TERRAS
AUGURIIS AGIMUR DIVUM. CLASSEMQ. SUB IPSA
ANTANDRO. ET PHRYGIAE MOLIMUR MONTIBUS IDAE.
INCERTI QUO FATA FERANT. UBI SISTERE DETUR.
CONTRAHIMUSQUE VIROS. VIX PRIMA INCEPERAT AESTAS.
ET PATER ANCHISES DARE FATIS VELA IUBEBAT.
LITORA CUM PATRIAE LACRIMANS. PORTUSQ. RELINQUO.
ET CAMPOS UBI TROIA FUIT. FEROR EXUL IN ALTUM
CUM SOCIIS. NATOQ. PENATIB. ET MAGNIS DIS.


AENEAS
TVMV
LVS PO
LYDO
RI

Aen. libr. 3. verſ. 13.

TERRA PROCUL VASTIS COLITUR MAVORTIA CAMPIS.
THRACES ARANT. ACRI QUONDAM REGNATA LYCURGO.
HOSPITIUM ANTIQUUM TROJAE. SOCIIQUE PENATES.
DUM FORTUNA FUIT. FEROR HUC. ET LITORE CURVO
MOENIA PRIMA LOCO. FATIS INGRESSUS INIQUIS.
AENEADASQUE MEO NOMEN DE NOMINE FINGO.
SACRA DIONEAE MATRI. DIVISQUE FEREBAM
AUSPICIBUS COEPTORUM OPERUM. SUPEROQ. NITENTEM.
CAELICOLUM REGI MACTABAM IN LITORE TAURUM.
FORTE FUIT JUXTA TUMULUS. QUO CORNEA SUMMO
VIRGULTA. ET DENSIS HASTILIBUS HORRIDA MYRTUS.
ACCESSI. VIRIDEMQUE AB HUMO CONVELLERE SILVAM
CONATUS. RAMIS TEGEREM UT FRONDENTIBUS ARAS.
HORRENDUM. ET DICTU VIDEO MIRABILE MONSTRUM.
NAM QUAE PRIMA SOLO RUPTIS RADICIBUS ARBOS
VELLITUR. HUIC ATRO LIQUUNTUR SANGUINE GUTTAE.
ET TERRAM TABO MACULANT. MIHI FRIGIDUS HORROR
MEMBRA QUATIT. GELIDUSQUE COIT FORMIDINE SANGUIS.
RURSUS ET ALTERIUS LENTUM CONVELLERE VIMEN
INSEQUOR. ET CAUSAS PENITUS TENTARE LATENTES.
ALTER ET ALTERIUS SEQUITUR DE CORTICE SANGUIS

Aen. libr. 3. verf. 34.

MULTA MOVENS ANIMO. NYMPHAS VENERABAR AGRESTES.
GRADIVUMQUE PATREM. GETICIS QUI PRAESIDET ARVIS.
RITE SECUNDARENT VISUS. OMENQUE LEVARENT.
TERTIA SED POSTQUAM MAJORE HASTILIA NISU
AGGREDIOR. GENIBUSQ. ADVERSAE OBLUCTOR ARENAE.
ELOQUAR AN SILEAM. GEMITUS LACRIMABILIS. IMO
AUDITUR TUMULO. ET VOX REDDITA FERTUR AD AURES.
QUID MISERUM AENEA LACERAS. JAM PARCE SEPULTO.
PARCE PIAS SCELERARE MANUS. NON ME TIBI TROJA
EXTERNUM TULIT. AUT CRUOR HIC DE STIPITE MANAT.
HEU FUGE CRUDELES TERRAS. FUGE LITUS AVARUM.
NAM POLYDORUS EGO. HIC CONFIXUM FERREA TEXIT
TELORUM SEGES. ET JACULIS INCREVIT ACUTIS.
TUM VERO ANCIPITI MENTEM FORMIDINE PRESSUS
OBSTUPUI. STETERUNTQUE COMAE. ET VOX FAUCIBUS HAESIT.
HUNC POLYDORUM AURI QUONDAM CUM PONDERE MAGNO
INFELIX PRIAMUS FURTIM MANDARAT ALENDUM
THREICIO REGI. CUM JAM DESIDERET ARMIS
DARDANIAE. CINGIQUE URBEM OBSIDIONE VIDERET.
ILLE UT OPES FRACTAE TEUCRUM. ET FORTUNA RECESSIT.
RES AGAMEMNONIAS. VICTRICIAQUE ARMA SECUTUS.

XVIIII.

Aen. libr. 3. verf. 79.

ACCIPIT. EGRESSI VENERAMUR APOLLINIS URBEM.
REX ANIUS. REX IDEM HOMINUM. PHOEBIQ. SACERDOS.
VITTIS. ET SACRA REDIMITUS TEMPORA LAURO.
OCCURRIT. VETEREM ANCHISEN AGNOVIT AMICUM.
JUNGIMUS HOSPITIO DEXTRAS. ET TECTA SUBIMUS.
TEMPLA DEI SAXO VENERABAR STRUCTA VETUSTO.
DA PROPRIAM THYMBRAEE DOMUM. DA MOENIA FESSIS.
ET GENUS. ET MANSURAM URBEM. SERVA ALTERA TROJAE
PERGAMA. RELLIQUIAS DANAUM. ATQ. IMMITIS ACHILLEI.
QUEM SEQUIMUR. QUOVE IRE JUBES. UBI PONERE SEDES.
DA PATER AUGURIUM. ATQ. ANIMIS ILLABERE NOSTRIS.
VIX EA FATUS ERAM. TREMERE OMNIA VISA REPENTE.
LIMINAQUE. LAURUSQUE DEI. TOTUSQUE MOVERI.
MONS CIRCUM. ET MUGIRE ADYTIS CORTINA RECLUSIS.
SUMMISSI PETIMUS TERRAM. ET VOX FERTUR AD AURES.
DARDANIDAE DURI. QUAE VOS A STIRPE PARENTUM
PRIMA TULIT TELLUS. EADEM VOS UBERE LAETO
ACCIPIET REDUCES. ANTIQUAM EXQUIRITE MATREM.
HIC DOMUS AENEAE CUNCTIS DOMINABITUR ORIS.
ET NATI NATORUM. ET QUI NASCENTUR AB ILLIS.
HAEC PHOEBUS. MISTOQUE INGENS EXORTA TUMULTU

Aen. libr. 3. verſ. 100.

LAETITIA. ET CUNCTI. QUAE SINT EA MOENIA. QUAERUNT.
QUO PHOEBUS VOCET ERRANTES. JUBEATQUE REVERTI.
TUM GENITOR VETERUM VOLVENS MONIMENTA VIRORUM.
AUDITE. O PROCERES. AIT. ET SPES DISCITE VESTRAS.
CRETA JOVIS MAGNI MEDIO JACET INSULA PONTO.
MONS IDAEUS UBI. ET GENTIS CUNABULA NOSTRAE.
CENTUM URBES HABITANT MAGNAS. UBERRIMA REGNA.
MAXIMUS UNDE PATER. SI RITE AUDITA RECORDOR.
TEUCRUS RHOETEAS PRIMUM EST ADVECTUS AD ORAS.
OPTAVITQUE LOCUM REGNO. NONDUM ILIUM. ET ARCES
PERGAMEAE STETERANT. HABITABANT VALLIBUS IMIS.
HINC MATER CULTRIX CYBELE. CORYBANTIAQUE AERA.
IDAEUMQUE NEMUS. HINC FIDA SILENTIA SACRIS.
ET JUNCTI CURRUM DOMINAE SUBIERE LEONES.
ERGO AGITE. ET DIVUM DUCUNT QUA JUSSA. SEQUAMUR.
PLACEMUS VENTOS. ET GNOSSIA REGNA PETAMUS.
NEC LONGO DISTANT CURSU. MODO JUPITER ADSIT.
TERTIA LUX CLASSEM CRETAEIS SISTET IN ORIS.
SIC FATUS. MERITOS ARIS MACTAVIT HONORES.
TAURUM NEPTUNO. TAURUM TIBI PULCHER APOLLO.
NIGRA[M] HIEMI PECUDEM. ZEPHYRIS FELICIBUS ALBAM.

Aen. libr. 3. verſ. 121.

FAMA VOLAT. PULSUM REGNIS CESSISSE PATERNIS
IDOMENEA DUCEM. DESERTAQUE LITORA CRETAE.
HOSTE VACARE DOMUM. SEDESQUE ASTARE RELICTAS.



LINQUIMUS ORTYGIAE PORTUS. PELAGOQUE VOLAMUS.
BACCHATAMQ. IUGIS NAXUM. VIRIDEMQ. DONYSAM.
OLEARUM. NIVEAMQ. PARUM. SPARSASQ. PER AEQUOR

Aen. libr. 3. verſ. 127.

CYCLADAS. ET CREBRIS LEGIMUS FRETA CONCITA TERRIS.
NAUTICUS EXORITUR VARIO CERTAMINE CLAMOR.
HORTANTUR SOCII. CRETAM PROAVOSQUE PETAMUS.
PROSEQUITUR SURGENS A PUPPI VENTUS EUNTIS.
ET TANDEM ANTIQUIS CURETUM ADLABIMUR ORIS.
ERGO AVIDUS MUROS OPTATAE MOLIOR URBIS.
PERGAMEAMQUE VOCO. ET LAETAM COGNOMINE GENTEM
HORTOR AMARE FOCOS. ARCEMQ. ATTOLLERE TECTIS.
IAMQUE FERE SICCO SUBDUCTAE LITORE PUPPES.
CONUBIIS. ARVISQUE NOVIS OPERATA JUVENTUS.
JURA DOMOSQUE DABAM. SUBITO CUM TABIDA MEMBRIS.
CORRUPTO CAELI TRACTU. MISERANDAQUE VENIT
ARBORIBUSQ. SATISQ. LUES ET LETIFER ANNUS.
LINQUEBANT DULCES ANIMAS. AUT AEGRA TRAHEBANT
CORPORA. TUM STERILES EXURERE SIRIUS AGROS.
ARDEBANT HERBAE. ET VICTUM SEGES AEGRA NEGABAT.
RURSUS AD ORACLUM ORTYGIAE. PHOEBUMQ. REMENSO
HORTATUR PATER IRE MARI. VENIAMQUE PRAECARI.
QUAM FESSIS FINEM REBUS FERAT. UNDE LABORUM
TEMPTARE AUXILIUM JUBEAT. QUO VERTERE CURSUS.

Aen. libr. 3. verſ. 147.



NOX ERAT. ET TERRIS ANIMALIA SOMNUS HABEBAT.
EFFIGIES SACRAE DIVUM. PHRYGIIQUE PENATES.
QUOS MECUM AB TROJA. MEDIISQUE EX IGNIBUS URBIS
EXTULERAM. VISI ANTE OCULOS ASTARE JACENTIS
IN SOMNIS. MULTO MANUFESTI LUMINE. QUA SE
PLENA PER INSERTAS FUNDEBAT LUNA FENESTRAS.

Aen. libr. 3. verſ. 153.

TUM SIC ADFARI. ET CURAS HIS DEMERE DICTIS.
QUOD TIBI DELATO ORTHYGIAM DICTURUS APOLLO EST.
HIC CANIT. ET TUA NOS EN ULTRO AD LIMINA MITTIT.
NOS TE. DARDANIA INCENSA. TUAQUE ARMA SECUTI.
NOS TUMIDUM SUB TE PERMENSI CLASSIBUS AEQUOR.
IDEM VENTUROS TOLLEMUS IN ASTRA NEPOTES.
IMPERIUMQUE URBI DABIMUS. TU MOENIA MAGNIS
MAGNA PARA. LONGUMQ. FUGAE NE LINQUE LABOREM.
MUTANDAE SEDES. NON HAEC TIBI LITORA SUASIT
DELIUS. AUT CRETAE IUSSIT CONSIDERE APOLLO.
EST LOCUS. HESPERIAM GRAII COGNOMINE DICUNT.
TERRA ANTIQUA. POTENS ARMIS. ATQUE UBERE GLEBAE.
OENOTRI COLUERE VIRI. NUNC FAMA MINORES
ITALIAM DUXISSE DUCIS DE NOMINE GENTEM.
HAE NOBIS PROPRIAE SEDES. HINC DARDANUS ORTUS.
IASIUSQUE PATER. GENUS A QUO PRINCIPE NOSTRUM.
SURGE AGE. ET HAEC LAETUS LONGAEVO DICTA PARENTI
HAUD DUBITANDA REFER. CORYTHUM. TERRASQUE REQUIRE
AUSONIAS. DICTAEA NEGAT TIBI IUPPITER ARVA.
TALIB. ATTONITUS VISIS. ET VOCE DEORUM.
NEC SOPOR ILLUD ERAT. SED CORAM AGNOSCERE VULTUS.

Aen. libr. 3. verf. 174.

VELATASQUE COMAS. PRAESENTIAQUE ORA VIDEBAR.
TUM GELIDUS TOTO MANABAT CORPORE SUDOR.
CORRIPIO E STRATIS CORPUS. TENDOQUE SUPINAS
AD CAELUM VOCE (cum) MANUS. ET MUNERA LIBO
INTEMERATA FOCIS. PERFECTO LAETUS HONORE.
ANCHISEN FACIO CERTUM. REMQUE ORDINE PANDO.
ADGNOVIT PROLEM AMBIGUAM. GEMINOSQ. PARENTES.
SEQUE NOVO VETERUM DECEPTUM ERRORE LOCORUM.
TUM MEMORAT. NATE ILIACIS EXERCITE FACTIS.
SOLA MIHI TALES CASUS CASSANDRA CANEBAT.
NUNC REPETO HAEC GENERI PORTENDERE DEBITA NOSTRO.
ET SAEPE HESPERIAM. SAEPE ITALA REGNA VOCARE.
SED QUIS AD HESPERIAE VENTUROS LITORA TEUCROS
CREDERET. AUT QUEM TUM VATES CASSANDRA MOVERET.
CEDAMUS PHOEBO. ET MONITI MELIORA SEQUAMUR.
SIC AIT. ET CUNCTI DICTO PAREMUS OVANTES.
HANC QUOQUE DESERIMUS SEDEM. PAUCISQ. RELICTIS
VELA DAMUS. VASTUMQUE CAVA TRABE CURRIMUS AEQUOR.
POSTQUAM ALTUM TENUERE RATES. NEC JAM AMPLIUS ULLAE
APPARENT TERRAE. CAELUM UNDIQ. ET UNDIQUE PONTUS.
TUM MIHI CAERULEUS SUPRA CAPUT ASTITIT IMBER.

Aen. libr. 3. verſ. 195.

NOCTEM HIEMEMQ. FERENS. ET INHORRUIT UNDA TENEBRIS.
CONTINUO VENTI VOLVUNT MARE. MAGNAQ. SURGUNT
AEQUORA. DISPERSI JACTAMUR GURGITE VASTO.
INVOLVERE DIEM NIMBI. ET NOX HUMIDA CAELUM
ABSTULIT. INGEMINANT ABRUPTIS NUBIB. IGNES.
EXCUTIMUR CURSU. ET CAECIS ERRAMUS IN UNDIS.
IPSE DIEM NOCTEMQUE NEGAT DISCERNERE CAELO.
NEC MEMINISSE VIAE MEDIA PALINURUS IN UNDA.
TRES ADEO INCERTOS CAECA CALIGINE SOLES
ERRAMUS PELAGO. TOTIDEM SINE SIDERE NOCTES.
QUARTO TERRA DIE PRIMUM SE ATTOLLERE TANDEM
VISA. APERIRE PROCUL MONTES. AC VOLVERE FUMUM.
VELA CADUNT. REMIS INSURGIMUS. HAUD MORA. NAUTAE
ADNIXI TORQUENT SPUMAS. ET CAERULA VERRUNT.
A. SERVATUM EX UNDIS STROPHADUM ME LITORA PRIMUM
INSULAE IONIO IN MAGNO. QUAS DIRA CAELENO.
HARPYAEQ. COLUNT ALIAE. PHYNEIA POSTQUAM
CLAUSA DOMUS. MENSASQ. METU LIQUERE PRIORES.
TRISTIUS HAUD ILLIS MONSTRUM. NEC SAEVIOR ULLA
PESTIS. ET IRA DEUM STYGIIS SESE EXTULIT UNDIS.
VIRGINEI VOLUCRUM VULTUS. FOEDISSIMA VENTRIS
B. EXCIPIUNT. STROPHADES GRAIO STANT NOMINE DICTAE

XX.

Aen. libr. 3. verſ. 300.

PROGREDIOR PORTU. CLASSES ET LITORA LINQUENS.
SOLLEMNES TUM FORTE DAPES. ET TRISTIA DONA
ANTE URBEM IN LUCO FALSI SIMOENTIS AD UNDAM
LIBABAT CINERI ANDROMACHE. MANESQ. VOCABAT
HECTOREUM AD TUMULUM. VIRIDI QUEM CESPITE INANEM
ET GEMINAS. CAUSAM LACRIMIS. SACRAVERAT ARAS.
UT ME CONSPEXIT VENIENTEM. ET TROIA CIRCUM
ARMA AMENS VIDIT. MAGNIS EXTERRITA MONSTRIS.
DIRIGUIT VISU IN MEDIO. CALOR OSSA RELIQUIT.
LABITUR. ET LONGO VIX TANDEM TEMPORE FATUR.
VERANE TE FACIES. VERUS MIHI NUNTIUS ADFERS.
NATE DEA. VIVISNE. AUT SI LUX ALMA RECESSIT.
HECTOR UBI EST. DIXIT. LACRIMASQUE EFFUDIT. ET OMNEM
IMPLEVIT CLAMORE LOCUM. VIX PAUCA FURENTI
SUBIICIO. ET RARIS TURBATUS VOCIBUS HISCO.
VIVO EQUIDEM. VITAMQ. EXTREMA PER OMNIA DUCO
NE DUBITA. NAM VERA VIDES.
HEU. QUIS TE CASUS DEIECTAM CONIUGE TANTO
EXCIPIT. AUT QUAE DIGNA SATIS FORTUNA REVISIT.
HECTORIS ANDROMACHE. PYRRHIN CONNUBIA SERVAS.
DEIECIT VULTUM. ET DEMISSA VOCE LOCUTA EST.

Aen. libr. 3. v. 321.

O FELIX UNA ANTE ALIAS PRIAMEIA VIRGO.
HOSTILEM AD TUMULUM TROJAE SUB MOENIBUS ALTIS
JUSSA MORI. QUAE SORTITUS NON PERTULIT ULLOS.
NEC VICTORIS HERI TETIGIT CAPTIVA CUBILE.
NOS. PATRIA INCENSA. DIVERSA PER AEQUORA VECTAE.
STIRPIS ACHILLEAE FASTUS. JUVENEMQUE SUPERBUM
SERVITIO ENIXAE TULIMUS. QUI DEINDE SECUTUS
LEDAEAM HERMIONEN. LACEDEMONIOSQ. HYMENAEOS.
ME FAMULO. FAMULAMQ. HELENO TRANSMISIT HABENDAM.
AST ILLUM. EREPTAE MAGNO FLAMMATUS AMORE
CONJUGIS. ET SCELERUM FURIIS AGITATUS ORESTES.
EXCIPIT INCAUTUM. PATRIASQUE OBTRUNCAT AD ARAS.
MORTE NEOPTOLEMI REGNORUM REDDITA CESSIT
PARS HELENO. QUI CHAONIOS COGNOMINE CAMPOS.
CHAONIAMQUE OMNEM TROJANO A CHAONE DIXIT.
PERGAMAQ. ILIACAMQ. JUGIS HANC ADDIDIT ARCEM.
SED TIBI QUI CURSUM VENTI. QUAE FATA DEDERE.
AUT QUISNAM IGNARUM NOSTRIS DEUS APPULIT ORIS.
QUID PUER ASCANIUS. SUPERATNE. ET VESCITUR AURA:
QUEM TIBI IAM TROJA.
ECQUA TAMEN PUERO EST AMISSAE CURA PARENTIS.

XXI.

Aen. libr. 3. v. 660.

LANIGERAE COMITANTUR OVES. EA SOLA VOLUPTAS.
SOLAMENQUE MALI DE COLLO FISTULA PENDET.
POSTQUAM ALTOS TETIGIT FLUCTUS. ET AD AEQUORA VENIT.
LUMINIS EFFOSSI FLUIDUM LAVIT INDE CRUOREM.
DENTIBUS INFRENDENS GEMITU. GRADITURQUE PER AEQUOR
JAM MEDIUM. NEC DUM FLUCTUS LATERA ARDUA TINXIT.
NOS PROCUL INDE FUGAM TREPIDI CELERARE RECEPTO
SUPPLICE. SIC MERITO. TACITIQUE INCIDERE FUNEM.
VERTIMUS. ET PRONI CERTANTIB. AEQUORA REMIS.
SENSIT. ET AD SONITUM VOCIS VESTIGIA TORSIT.
VERUM UBI NULLA DATUR DEXTRAM ADFECTARE POTESTAS.
NEC POTIS IONIOS FLUCTUS AEQUARE SEQUENDO.
CLAMOREM IMMENSUM TOLLIT. QUO PONTUS. ET OMNES
INTREMUERE UNDAE. PENITUSQUE EXTERRITA TELLUS
ITALIAE. CURVISQUE IMMUGIIT AETNA CAVERNIS.
AT GENUS E SYLVIS CYCLOPUM. ET MONTIBUS ALTIS.
EXCITUM RUIT AD PORTUS. ET LITORA COMPLENT.
CERNIMUS ADSTANTES NEQUIQUAM LUMINE TORVO
AETNAEOS FRATRES. CAELO CAPITA ALTA FERENTES.
CONCILIUM HORRENDUM. QUALES CUM VERTICE CELSO
AERIAE QUERCUS. AUT CONIFERAE CYPARISSI

Aen. libr. 3. v. 681.

CONSTITERANT. SILVA ALTA JOVIS. LUCUSVE DIANAE.
PRAECIPITES METUS ACER AGIT QUOCUMQ. RUENTES.
EXCUTERE. ET VENTIS INTENDERE VELA SECUNDIS.
CONTRA JUSSA MOVENT HELENI. SCYLLAE ATQ. CHARYBDIS
INTER UTRAMQ. VIAM LETI DISCRIMINE PARVO
NI TENEANT CURSUS. CERTUM EST DARE LINTEA RETRO.
ECCE AUTEM BOREAS ANGUSTA A SEDE PELORI
MISSUS ADEST. VIVO PRAETERVEHOR OSTIA SAXO
PANTAGYAE. MEGAROSQUE SINUS. TAPSUMQUE JACENTEM.



XXII.

Aen. Libr. 4. verſ. 1.

AT REGINA GRAVI JAMDUDUM SAUCIA CURA
VULNUS ALIT VENIS. ET CAECO CARPITUR IGNI.
MULTA VIRI VIRTUS ANIMO. MULTUSQUE RECURSAT
GENTIS HONOS. HAERENT INFIXI PECTORE VULTUS.
VERBAQUE. NEC PLACIDAM MEMBRIS DAT CURA QUIETEM.
POSTERA PHOEBEA LUSTRABAT LAMPADE TERRAS.
HUMENTEMQUE AURORA POLO DIMOVERAT UMBRAM.
CUM SIC UNANIMAM ADLOQUITUR MALESANA SOROREM.
ANNA SOROR. QUAE ME SUSPENSAM INSOMNIA TERRENT.
QUIS NOVUS HIC NOSTRIS SUCCESSIT SEDIBUS HOSPES.
QUEM SESE ORE FERENS. QUAM FORTI PECTORE. ET ARMIS.
CREDO EQUIDEM. NEC VANA FIDES. GENUS ESSE DEORUM.
DEGENERES ANIMOS TIMOR ARGUIT. HEU QUIBUS ILLE
IACTATUS FATIS. QUAE BELLA EXHAUSTA CANEBAT.
SI MIHI NON ANIMO FIXUM. IMMOTUMQUE SEDERET.
NE CUI ME VINCLO VELLEM SOCIARE JUGALI.
POSTQUAM PRIMUS AMOR DECEPTAM MORTE FEFELLIT.
SI NON PERTAESUM THALAMI. TAEDAEQ. FUISSET.
HUIC UNI FORSAN POTUI SUCCUMBERE CULPAE.
ANNA FATEBOR ENIM. MISERI POST FATA SICHAEI
CONIUGIS. ET SPARSOS FRATERNA CAEDE PENATES.

Aen. libr. 4. verſ. 22.

SOLUS HIC INFLEXIT SENSUS. ANIMUMQUE LABANTEM
IMPULIT. AGNOSCO VETERIS VESTIGIA FLAMMAE.
SED MIHI VEL TELLUS OPTEM PRIUS IMA DEHISCAT.
VEL PATER OMNIPOTENS ADIGAT ME FULMINE AD UMBRAS.
PALLENTES UMBRAS EREBI. NOCTEMQ. PROFUNDAM.
ANTE PUDOR QUAM TE VIOLEM. AUT TUA JURA RESOLVO.
ILLE MEOS PRIMUM QUI ME SIBI JUNXIT. AMORES
ABSTULIT. ILLE HABEAT SECUM. SERVETQUE SEPULCRO.
SIC EFFATA. SINUM LACRIMIS IMPLEVIT OBORTIS.
ANNA REFERT. O LUCE MAGIS DILECTA SORORI.
SOLANE PERPETUA MOERENS CARPERE JUVENTA.
NEC DULCES NATOS. VENERIS NEC PRAEMIA NORIS.
ID CINEREM. AUT MANES CREDIS CURARE SEPULTOS.
ESTO. AEGRAM NULLI QUONDAM FLEXERE MARITI.
NON LIBYAE. NON ANTE TYRO DESPECTUS IARBAS.
DUCTORESQUE ALII. QUOS AFRICA TERRA TRIUMPHIS
DIVES ALIT. PLACITONE ETIAM PUGNABIS AMORI.
NEC VENIT IN MENTEM QUORUM CONSEDERIS ARVIS.
HINC GETULAE URBES. GENUS INSUPERABILE BELLO.
ET NUMIDAE INFRENI CINGUNT. ET INHOSPITA SYRTIS.
HINC DESERTA SITI REGIO. LATEQUE FURENTES

Aen. libr. 4. v. 43.

BARCHAEI. QUID BELLA TYRO SURGENTIA DICAM.
GERMANIQUE MINAS.
DIS EQUIDEM AUSPICIB. REOR. ET JUNONE SECUNDA.
HUC CURSUM ILIACAS VENTO TENUISSE CARINAS.
QUAM TU URBEM SOROR HANC CERNES. QUAE SURGERE REGNA
CONJUGIO TALI. TEUCRUM COMITANTIBUS ARMIS
PUNICA SE QUANTIS ATTOLLET GLORIA REBUS.
TU MODO POSCE DEOS VENIAM. SACRISQUE LITATIS
INDULGE HOSPITIO. ET CAUSAS INNECTE MORANDI.
DUM PELAGO DESAEVIT HIEMS. ET AQUOSUS ORION.
QUASSATAEQUE RATES. ET NON TRACTABILE CAELUM.
HIS DICTIS INCENSUM ANIMUM INFLAMMAVIT AMORE.
SPEMQUE DEDIT DUBIAE MENTI. SOLVITQUE PUDOREM.

Aen. libr. 4. verſ. 56.

PRINCIPIO DELUBRA ADEUNT, PACEMQUE PER ARAS
EXQUIRUNT, MACTANT LECTAS DE MORE BIDENTES
LEGIFERAE CERERI, PHOEBOQUE, PATRIQUE LYAEO,
IUNONI ANTE OMNES, CUI VINCLA JUGALIA CURAE,
IPSA TENENS DEXTRA PATERAM PULCHERRIMA DIDO
CANDENTIS VACCAE MEDIA INTER CORNUA FUNDIT.

Aen. libr. 4. verſ. 62.

AUT ANTE ORA DEUM PINGUES SPATIATUR AD ARAS
INSTAURATQUE DIEM DOMI. PECUDUMQUE RECLUSIS
PECTORIB. INHIANS SPERANTIA CONSULIT EXTA.
HEU VATUM IGNARAE MENTES. QUID VOTA FURENTEM
QUID DELUBRA IUVANT. EST MOLLIS FLAMMA MEDULLAS
INTEREA. ET TACITUM VIVIT SUB PECTORE VULNUS.
URITUR INFELIX DIDO. TOTAQUE VAGATUR
URBE FURENS. QUALIS CONJECTA CERVA SAGITTA.
QUAM PROCUL INCAUTAM NEMORA INTER CRESSIA FIXIT
PASTOR AGENS TELIS LIQUITQ. VOLATILE FERRUM
NESCIUS. ILLA FUGA SILVAS SALTUSQUE PERAGRAT
DICTAEOS. HAERET LATERI LETHALIS ARUNDO.
NUNC MEDIA AENEAM SECUM PER MOENIA DUCIT.
SIDONIASQUE OSTENTAT OPES. URBEMQUE PARATAM.
INCIPIT EFFARI. MEDIAQ. IN VOCE RESISTIT.
NUNC EADEM LABENTE DIE CONVIVIA QUAERIT.
ILIACOSQUE ITERUM DEMENS AUDIRE LABORES
EXPOSCIT. PENDETQ. ITERUM NARRANTIS AB ORE.
POST UBI DIGRESSI LUMENQUE OBSCURA VICISSIM
LUNA PREMIT. SUADENTQUE CADENTIA SIDERA SOMNOS.
SOLA DOMO MAERET VACUA. STRATISQUE RELICTIS.

Aen. libr. 4. v. 83.

INCUBAT, ILLUM ABSENS ABSENTEM AUDITQUE. VIDETQUE,
AUT GREMIO ASCANIUM GENITORIS IMAGINE CAPTA
DETINET. INFANDUM SI FALLERE POSSIT AMOREM.
NON COEPTAE ASSURGUNT TURRES. NON ARMA IUVENTUS
EXERCET. PORTUSVE. AUT PROPUGNACULA BELLO
TUTA PARANT. PENDENT OPERA INTERRUPTA. MINAEQ.
MURORUM INGENTES. AEQUATAQUE MACHINA CAELO.
QUAM SIMUL AC TALI PERSENSIT PESTE TENERI
CARA IOVIS CONIUX. NEC FAMAM OBSTARE FURORI.
TALIBUS ADGREDITUR VENEREM SATURNIA DICTIS,

Egregiam vero laudem. & ſpolia ampla refertis.
Tuque puerque tuus. magnum & memorabile nomen.
Una dolo divum ſi foemina victa duorum eſt.
Nec me adeo fallit. veritam te moenia noſtra.
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altae.
Sed quis erit modus. aut quo nunc certamine tanto.
Quin potius pacem æternam. pactoſque Hymenaeos
Exercemus. habes tota quod mente petiſti.
Ardet amans Dido. traxitque per oſſa furorem.
Communem hunc ergo populum. paribuſq. regamus
Auſpiciis. liceat Phrygio ſervire marito.
Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextrae.
Olli ſenſit enim ſimulata mente locutam.
Quo regnum Italiae Libycas averteret oras.
Sic contra eſt ingreſſa Venus. Quis talia demens
Abnuat. aut tecum malit contendere bello.
Si modo. quod memoras. factum fortuna ſequatur.
Sed fatis incerta feror. ſi Iupiter unam
Eſſe velit Tyriis urbem. Troiaque profectis.
Miſcerive probet populos. aut foedera iungi.
Tum conjux. tibi fas animum tentare precando.
Perge. ſequar. Tum ſic excepit regia Iuno.
Mecum erit iſte labor. nunc. qua ratione. quod inſtat.
Confieri poſſit. paucis adverte docebo.
Venatum Aeneas. unaque miſerrima Dido
In nemus ire parant. ubi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan. radiiſque retexerit orbem.
His ego nigrantem commiſta grandine nimbum.

XXIII.

Aen. libr. 4. verſ. 234.

ASCANIONE PATER ROMA . . . .
QUID STRUIT . AUT QUA SPE I . . . .
NEC PROLEM AUSONIAM . ET LA . . . .
NAVIGET . HAEC SUMMA EST . H . . . .
DIXERAT . ILLE PATRIS MAGNI . . . .
IMPERIO . ET PRIMUM PEDIBUS TA . . . .
AUREA . QUAE SUBLIMEM ALIS . . . .
SEU TERRAM . RAPIDO PARITER . . . .
TUM VIRGAM CAPIT . HAC ANIM . . . .
PALLENTES . ALIAS SUB . . . . TARTARA . . . .
DAT SOMNOS . ADIMIT . . . . ET LUMIN . . . .
ILLA FRETUS AGIT VENTOS . ET TURBIDA TRANAT
NUBILA IAMQUE VOLANS . APICE . . . .
ATLANTIS DURI . CAELUM QUI VER . . . .
ATLANTIS . CINCTUM ASSIDUE CU . . . .
PINIFERUM CAPUT ET VENTO PUL . . . .
NIX HUMEROS INFUSA TEGIT . TUM . . . .
PRAECIPITANT SENIS . ET GLACIE RI . . . .

Aen. libr. 4. v. 252.

. . . . S NITENS CYLLENIUS ALIS
. . . . PRAECEPS SE CORPORE AD UNDAS
. . . . CIRCUM LITORA. CIRCUM
. . . . MILIS VOLAT AEQUORA IUXTA.
. . . . TER. CAELUMQUE VOLABAT.
. . . . YAE VENTOSQUE SECABAT.

XXIIII.

Aen. libr. 4. verſ. 286.

IN PARTESQUE RAPIT VARIAS. PERQUE OMNIA VERSAT.
HAEC ALTERNANTI POTIOR SENTENTIA VISA EST.
MNESTHEA. SERGESTUMQUE VOCAT. FORTEMQUE SERESTUM.
CLASSEM APTENT TACITI. SOCIOSQ. AD LITORA COGANT.
ARMA PARENT. ET. QUAE SIT REBUS CAUSA NOVANDIS.
DISSIMULENT. SESE INTEREA. QUANDO OPTIMA DIDO
NESCIAT. ET TANTOS RUMPI NON SPERET AMORES.
TEMPTATURUM ADITUS. ET QUAE MOLLISSIMA FANDI
TEMPORA. QUIS REBUS DEXTER MODUS. OCYUS OMNES
IMPERIO LAETI PARENT. AC JUSSA FACESSUNT.
AT REGINA DOLOS. QUIS FALLERE POSSIT AMANTEM.
PRAESENSIT. MOTUSQUE EXCEPIT PRIMA FUTUROS.
OMNIA TUTA TIMENS. EADEM IMPIA FAMA FURENTI
DETULIT. ARMARI CLASSEM. CURSUMQUE PARARI.
SAEVIT INOPS ANIMI. TOTAMQUE INCENSA PER URBEM
BACCHATUR. QUALIS COMMOTIS EXCITA SACRIS
THYAS. UBI AUDITO STIMULANT TRIETHERICA BACCHO
ORGIA. NOCTURNUSQUE VOCAT CLAMORE CYTHAERON.
TANDEM HIS AENEAM COMPELLAT VOCIBUS ULTRO.

Aen. libr. 4. verſ. 305.

DISSIMULARE ETIAM SPERASTI PERFIDE TANTUM
POSSE NEFAS. TACITUSQUE MEA DECEDERE TERRA.
NEC TE NOSTER AMOR. NEC TE DATA DEXTERA QUONDAM.
NEC MORITURA TENET CRUDELI FUNERE DIDO.
QUIN ETIAM HIBERNO MOLIRIS SIDERE CLASSEM.
ET MEDIIS PROPERAS AQUILONIBUS IRE PER ALTUM.

XXX.

Aen. libr. 4. verf. 443.

IRUERE INTER SE CERTANT. IT STRIDOR. ET ALTAE
CONSTERNUNT TERRAM CONCUSSO STIPITE FRONDES.
IPSA HAERET SCOPULIS. ET QUANTUM VERTICE AD AURAS
AETHERIAS. TANTUM RADICE IN TARTARA TENDIT.
ATQ HINC
HAUD SECUS ADSIDUIS HINC VOCIBUS HEROS
TUNDITUR. ET MAGNO PERSENTIT PECTORE CURAS.
MENS IMMOTA MANET. LACRIMAE VOLVUNTUR INANES.
TUM VERO INFELIX FATIS EXTERRITA DIDO
MORTEM ORAT. TAEDET CAELI CONVEXA TUERI.
QUO MAGIS INCEPTUM PERAGAT. LUCEMQUE RELINQUAT.
VIDIT THURICREMIS. CUM DONA IMPONERET ARIS
HORRENDUM DICTU LATICES NIGRESCERE SACROS.
FUSAQUE IN OBSCENUM SE VERTERE VINA CRUOREM.
HOC VISUM NULLI. NON IPSI EFFATA SORORI EST.
PRAETEREA. FUIT IN TECTIS DE MARMORE TEMPLUM
CONIUGIS ANTIQUI. MIRO QUOD HONORE COLEBAT.
VELLERIBUS NIVEIS. ET FESTA FRONDE REVINCTUM.
HINC EXAUDIRI VOCES. ET VERBA VOCANTIS
VISA VIRI. NOX CUM TERRAS OBSCURA TENERET.
SOLAQUE CULMINIBUS FERALI CARMINE BUBO
SAEPE QUERI. ET LONGAS IN FLETUM DUCERE VOCES.

Aen. libr. 4. verſ. 464.

MULTAQUE PRAETEREA VATUM PRAEDICTA PRIORUM
TERRIBILI MONITU HORRIFICANT. AGIT IPSE FURENTEM
IN SOMNIS FERUS AENEAS, SEMPERQUE RELINQUI
SOLA SIBI, SEMPER LONGAM INCOMITATA VIDETUR
IRE VIAM, ET TYRIOS DESERTA QUAERERE TERRA.
EUMENIDUM VELUTI DEMENS VIDET AGMINA PENTHEUS,
ET SOLEM GEMINUM, ET DUPLICES SE OSTENDERE THEBAS,
AUT AGAMEMNONIUS SCENIS AGITATUS ORESTES.
ARMATAM FACIBUS MATREM, ET SERPENTIBUS ATRIS
CUM FUGIT, ULTRICESQUE SEDENT IN LIMINE DIRAE.
ERGO UBI CONCEPIT FURIAS EVICTA DOLORE,
DECREVITQUE MORI TEMPUS SECUM IPSA MODUMQUE
EXIGIT, ET MAESTAM DICTIS AGGRESSA SOROREM,
CONSILIUM VULTU TEGIT, AC SPEM FRONTE SERENAT,
INVENI GERMANA VIAM, GRATARE SORORI
QUAE MIHI REDDAT EUM, VEL EO ME SOLVAT AMANTEM,
OCEANI FINEM JUXTA, SOLEMQUE CADENTEM,
ULTIMUS AETHIOPUM LOCUS EST, UBI MAXIMUS ATLAS
AXEM HUMERO TORQUET STELLIS ARDENTIBUS APTUM.
HINC MIHI MASSYLAE GENTIS MONSTRATA SACERDOS,
HESPERIDUM TEMPLI CUSTOS, EPULASQUE DRACONI

Aen. libr. 4. verſ. 485.

QUAE DABAT. ET SACROS SERVABAT IN ARBORE RAMOS.
SPARGENS UMIDA MELLA. SOPORIFERUMQUE PAPAVER.
HAEC SE CARMINIBUS PROMITTIT SOLVERE MENTES.
QUAS VELIT. AST ALIIS DURAS IMMITTERE CURAS.
SISTERE AQUAM FLUVIIS. ET VERTERE SIDERA RETRO.
NOCTURNOSQUE CIET MANES. MUGIRE VIDEBIS
SUB PEDIBUS TERRAM. ET DESCENDERE MONTIBUS ORNOS.
TESTOR CARA DEOS. ET TE GERMANA. TUUMQUE
DULCE CAPUT. MAGICAS INVITAM ACCINGIER ARTES.
TU SECRETA PYRAM TECTO INTERIORA SUB AURAS
ERIGE. ET ARMA VIRI. THALAMO QUAE FIXA RELIQUIT
IMPIUS. EXUVIASQUE OMNES. LECTUMQUE JUGALEM
QUO PERII. SUPER IMPONAS. ABOLERE NEFANDI
CUNCTA VIRI MONUMENTA JUBET. MONSTRATQUE SACERDOS.
HAEC EFFATA SILET. PALLOR SIMUL OCCUPAT ORA.
NON TAMEN ANNA NOVIS PRAETEXERE FUNERA SACRIS
GERMANAM CREDIT. NEC TANTOS MENTE FURORES
CONCIPIT. AUT GRAVIORA TIMET. QUAM MORTE SICHAEI.
ERGO JUSSA PARAT.
AT REGINA PYRA PENETRALI IN SEDE SUB AURAS
ERECTA INGENTI. TAEDIS ATQUE ILICE SECTA.

Aen. libr. 4. v. 506.

INTENDITQUE LOCUM SERTIS. ET FRONDE CORONAT
FUNEREA. SUPER EXUVIAS. ENSEMQUE RELICTUM.
EFFIGIEMQUE TORO LOCAT. HAUD IGNARA FUTURI.
STANT ARAE CIRCUM. ET CRINES EFFUSA SACERDOS
TERCENTUM TONAT ORE DEOS. EREBUMQUE. CHAOSQUE.
TERGEMINAMQUE HECATEM. TRIA VIRGINIS ORA DIANAE.
SPARSERAT ET LATICES SIMULATOS FONTIS AVERNI.
FALCIBUS ET MESSE AD LUNAM QUAERUNTUR AENIS
PUBENTES HERBAE NIGRI CUM LACTE VENENI.
QUAERITUR ET NASCENTIS EQUI DE FRONTE REVULSUS.
ET MATRI PRAEREPTUS AMOR.
IPSA MOLA. MANIBUSQUE PIIS ALTARIA IUXTA
UNUM EXUTA PEDEM VINCLIS. IN VESTE RECINCTA
TESTATUR MORITURA DEOS. ET CONSCIA FATI
SIDERA. TUM. SI QUOD NON AEQUO FOEDERE AMANTES
CURAE NUMEN HABET. IUSTUMQ. MEMORQUE PRECATUR.

XXVI.

Aen. libr. 4. verſ. 555.

CARPEBAT SOMNOS. REBUS JAM RITE PARATIS.
HUIC SE FORMA DEI VULTU REDEUNTIS EODEM
OBTULIT IN SOMNIS. RURSUSQUE ITA VISA MONERE EST.
OMNIA MERCURIO SIMILIS. VOCEMQUE COLOREMQUE.
ET CRINES FLAVOS. ET MEMBRA DECORA JUVENTA.
NATE DEA. POTES HOC SUB CASU DUCERE SOMNOS.
NEC. QUAE CIRCUMSTENT TE DEINDE PERICULA. CERNIS
DEMENS. NEC ZEPHYROS AUDIS SPIRARE SECUNDOS.
ILLA DOLOS. DIRUMQUE NEFAS IN PECTORE VERSAT
CERTA MORI. VARIOSQ. IRARUM CONCITAT AESTUS.
NON FUGIS HINC PRAECEPS. DUM PRAECIPITARE POTESTAS.
JAM MARE TURBARI TRABIBUS SAEVASQUE VIDEBIS
COLLUCERE FACES. JAM FERVERE LITORA FLAMMIS.
SI TE HIS ATTIGERIT TERRIS AURORA MORANTEM.
EJA AGE. RUMPE MORAS. VARIUM. ET MUTABILE SEMPER
FEMINA. SIC FATUS NOCTI SE IMMISCUIT ATRAE.
TUM VERO AENEAS SUBITIS EXTERRITUS UMBRIS.
CORRIPIT E SOMNO CORPUS. SOCIOSQUE FATIGAT.
PRAECIPITES VIGILATE VIRI. ET CONSIDITE TRANSTRIS.
SOLVITE VELA CITI. DEUS AETHERE MISSUS AB ALTO
FESTINARE FUGAM. TORTOSQUE INCIDERE FUNES.

Aen. lib. 4. v. 576.

ECCE ITERUM STIMULAT. SEQUIMUR TE SANCTE DEORUM
QUISQUIS ES. IMPERIOQUE ITERUM PAREMUS OVANTES.
ADSIS. O PLACIDUSQUE JUVES. ET SIDERA CAELO
DEXTRA FERAS. DIXIT. VAGINAQUE ERIPIT ENSEM
FULMINEUM. STRICTOQUE FERIT RETINACULA FERRO.
IDEM OMNES SIMUL ARDOR HABET. RAPIUNTQUE RUUNTQUE
LITORA DESERUERE. LATET SUB CLASSIBUS AEQUOR.
ADNIXI TORQUENT SPUMAS. ET CAERULA VERRUNT.

XXVII.

Aen. libr. 4. v. 651.

DULCES EXUVIAE . DUM FATA . DEUSQ. SINEBANT .
ACCIPITE HANC ANIMAM . MEQUE HIS EXOLVITE CURIS .
VIXI . ET . QUEM DEDERAT CURSUM FORTUNA . PEREGI .
ET NUNC MAGNA MEI SUB TERRAS IBIT IMAGO .
URBEM PRAECLARAM STATUI . MEA MOENIA VIDI .
ULTA VIRUM POENAS INIMICO A FRATRE RECEPI .
FELIX . HEU NIMIUM FELIX . SI LITORA TANTUM
NUNQUAM DARDANIAE TETIGISSENT NOSTRA CARINAE .
DIXIT . ET OS IMPRESSA TORO . MORIEMUR INULTAE .
SED MORIAMUR . AIT . SIC SIC JUVAT IRE SUB UMBRAS .
HAURIAT HUNC OCULIS IGNEM CRUDELIS AB ALTO
DARDANUS . ET NOSTRAE SECUM FERAT OMNIA MORTIS .



Aen. libr. 4. verſ. 663.

DIXERAT, ATQUE ILLAM MEDIA INTER TALIA FERRO
COLLAPSAM ASPICIUNT COMITES. ENSEMQUE CRUORE
SPUMANTEM. SPARSASQUE MANUS, IT CLAMOR AD ALTA
ATRIA. CONCUSSAM BACCHATUR FAMA PER URBEM.
LAMENTIS. GEMITUQUE. ET FEMINEO ULULATU

Aen. libr. 4. v. 668.

TECTA FREMUNT. RESONAT MAGNIS PLANGORIBUS AETHER.
NON ALITER. QUAM SI IMMISSIS RUAT HOSTIBUS OMNIS
CULMINA PERQUE HOMINUM VOLVANTUR. PERQUE DEORUM.
AUDIIT EXANIMIS. TREPIDOQUE EXTERRITA CURSU
UNGUIBUS ORA SOROR FOEDANS. ET PECTORA PUGNIS.
PER MEDIOS RUIT. AC MORIENTEM NOMINE CLAMAT.
HOC ILLUD GERMANA FUIT. ME FRAUDE PETEBAS.
HOC ROGUS ISTE MIHI. HOC IGNES. ARAEQUE PARABANT.
QUID PRIMUM DESERTA QUERAR. COMITEMNE SOROREM
CARTHAGO. AUT ANTIQUA TYROS. FLAMMAEQUE FURENTES
SPREVISTI MORIENS. EADEM ME AD FATA VOCASSES.
IDEM AMBAS FERRO DOLOR. ATQUE EADEM HORA TULISSET.
HIS ETIAM STRUXI MANIBUS. PATRIOSQUE VOCAVI
VOCE DEOS. SIC TE UT POSITA. CRUDELIS ABESSEM.
EXTINXI TE. MEQUE SOROR. POPULUMQUE. PATRESQUE
SIDONIOS. URBEMQUE TUAM. DATE. VULNERA LYMPHIS
ABLUAM. ET. EXTREMUS SI QUIS SUPER HALITUS ERRAT.
ORE LEGAM. SIC FATA GRADUS EVASERAT ALTOS.
SEMIANIMEMQUE SINU GERMANAM AMPLEXA FOVEBAT
CUM GEMITU. ATQUE ATROS SICCABAT VESTE CRUORES.
ILLA GRAVES OCULOS CONATA ATTOLLERE. RURSUS

XXVIII.

Aen. libr. 5. verſ. 109.

MUNERA PRINCIPIO ANTE OCULOS CIRCOQ. LOCANTUR
IN MEDIO. SACRI TRIPODES VIRIDESQUE CORONAE.
ET PALMAE PRETIUM VICTORIB. ARMAQ. ET OSTRO
PERFUSAE VESTES. ARGENTI AURIQ. TALENTA.
ET TUBA COMMISSOS MEDIO CANIT AGGERE LUDOS.



Aen. libr. 5. verſ. 114.

PRIMA PARES INEUNT GRAVIBUS CERTAMINA REMIS.
QUATUOR EX OMNI DELECTAE CLASSE CARINAE.
VELOCEM MNESTHEUS AGIT ACRI REMIGE PRISTIM.
MOX ITALUS MNESTHEUS. GENUS A QUO NOMINE MEMMI
INGENTEMQUE GYAS INGENTI MOLE CHIMERAM.
URBIS OPUS. TRIPLICI PUBES QUAM DARDANA VERSU
IMPELLUNT. TERNO CONSURGUNT ORDINE REMI.
SERGESTUSQUE. DOMUS TENET A QUO SERGIA NOMEN.
CENTAURO INVEHITUR MAGNA. SCYLLAQ. CLOANTHUS.
CAERULEA. GENUS UNDE TIBI ROMANE CLUENTI.
EST PROCUL IN PELAGO SAXUM. SPUMANTIA CONTRA
LITORA. QUOD TUMIDIS SUMMERSUM TUNDITUR OLIM
FLUCTIBUS. HIBERNI CONDUNT UBI SIDERA CHORI.
TRANQUILLO SILET. IMMOTAQ. ATTOLLITUR UNDA
CAMPUS. ET APRICIS STATIO GRATISSIMA MERGIS.
HIC VIRIDEM AENEAS FRONDENTI EX ILICE METAM
CONSTITUIT SIGNUM NAUTIS PATER. UNDE REVERTI
SCIRENT. ET LONGOS UBI CIRCUMFLECTERE CURSUS.
TUM LOCA SORTE LEGUNT. IPSIQ. IN PUPPIBUS AURO
DUCTORES LONGE EFFULGENT. OSTROQUE DECORI.
CETERA POPULEA VELATUR FRONDE IUVENTUS.

Aen. libr. 5. verf. 135.

NUDATOSQUE HUMEROS OLEO PERFUSA NITESCIT.
CONSIDUNT TRANSTRIS. INTENTAQUE BRACCHIA REMIS.
INTENTI EXSPECTANT SIGNUM. EXSULTANTIAQUE HAURIT
CORDA PAVOR PULSANS. LAUDUMQ. ARRECTA CUPIDO.
INDE UBI CLARA DEDIT SONITUM TUBA. FINIBUS OMNES.
HAUD MORA PROSILUERE SUIS. FERIT AETHERA CLAMOR
NAUTICUS. ABDUCTIS SPUMANT FRETA VERSA LACERTIS.
INFINDUNT PARITER SULCOS. TOTUMQUE DEHISCIT
CONVULSUM REMIS. ROSTRISQ. TRIDENTIB. AEQUOR.
NON TAM PRAECIPITES BIIUGO CERTAMINE CAMPUM
CORRIPUERE. RUUNTQ. EFFUSI CARCERE CURRUS.
NEC SIC IMMISSIS AURIGAE UNDANTIA LORA
CONCUSSERE IUGIS. PRONIQ. IN VERBERA PENDENT.
TUM PLAUSU. FREMITUQ. VIRUM. STUDIISQ. FAVENTUM
CONSONAT OMNE NEMUS. VOCEMQ. INCLUSA VOLUTANT
LITORA. PULSATI COLLES CLAMORE SULTANT.



Aen. libr. 5. verſ. 151.

EFFUGIT ANTE ALIOS. PRIMUSQUE ELABITUR UNDIS.
TURBAM INTER FREMITUMQ. GYAS. QUEM DEINDE CLOANTHUS
CONSEQUITUR. MELIOR REMIS. SED PONDERE PINUS
TARDA TENET. POST HOS AEQUO DISCRIMINE PRISTIS.
CENTAURUSQ. LOCUM TENDUNT SUPERARE [P]RIOREM.
ET NUNC PRISTIS HABET. NUNC VICTAM PRAETE[RIT] INGENS
CENTAURUS. NUNC UNA AMBAE. JUNCTISQ. FERUNTUR
FRONTIBUS. ET LONGAE SULCANT VADA SALSA CARINAE.

XXVIIII.

Aen. libr. 5. verſ. 784.

NEC IOVIS IMPERIO. FATISVE INFRACTA QUIESCIT.
NON MEDIA DE GENTE FRYGUM EXCIDISSE NEFANDIS
URBEM ODIIS SATIS EST. NEC POENAM TRAXE PER OMNEM
RELLIQUIAS TROIAE. CINERES. ATQ. OSSA PEREMPTAE
INSEQUITUR. CAUSAS TANTI SCIAT ILLA FURORIS.
IPSE MIHI NUPER LIBYCIS TU TESTIS IN UNDIS.
QUAM MOLEM SUBITO EXCIERIT. MARIA OMNIA CAELO
MISCUIT. AEOLIIS NEQUICQUAM FRETA PROCELLIS.
IN REGNIS HOC AUSA TUIS.
PER SCELUS. ECCE ETIAM TROIANIS MATRIBUS ACTIS.
EXUSSIT FOEDE PUP PES. ET CLASSE SUBEGIT
AMISSA SOCIOS IGNOTAE LINQUERE TERRAE.
QUOD SUPEREST. ORO. LICEAT DARE TUTA PER UNDAS
VELA TIBI. LICEAT LAURENTEM ATTINGERE THYBRIM.
SI CONCESSA PETO. SI DANT EA MOENIA PARCAE.
TUM SATURNIUS HAEC DOMITOR MARIS ADDIDIT ALTI.
FAS OMNE EST CYTHEREA MEIS TE FIDERE REGNIS.
UNDE GENUS DUCIS. MERUI QUOQUE. SAEPE FURORES
COMPRESSI. ET RABIEM TANTAM CAELIQ. MARISQUE.
NEC MINOR IN TERRIS SANCTHUM. SIMOENTAQ. TESTOR.
AENEAE MIHI CURA TUI. CUM TROIA ACHILLES

Aen. libr. 5. v. 805.

EXANIMATA SEQUENS INMITTERET AGMINA MURIS.
MILLIA MULTA DARET LETO. GEMERENTQUE REPLETI
AMNES. NEC REPERIRE VIAM. ATQ. EVOLVERE POSSET
IN MARE SE XANTHUS. PELIDAE TUNC EGO FORTI
CONGRESSUM AENEAM. NEC DIIS. NEC VIRIBUS AEQUIS.
NUBE CAVA ERIPUI. CUPERENT CUM VERTERE AB IMO
STRUCTA MEIS MANIB. PERIURAE MOENIA TROIAE.
NUNC QUOQUE MENS EADEM PERSTAT MIHI. PELLE TIMOREM.
TUTUS. QUOS OPTAS. PORTUS ACCEDET AVERNI
UNUS ERIT TANTUM. AMISSUM QUEM GURGITE QUAERES.

XXX.

Aen. libr. 6. v. 26.

MINOTAURUS INEST. VENERIS MONUMENTA NEFANDAE.
HIC LABOR ILLE DOMUS. ET INEXTRICABILIS ERROR.
MAGNUM REGINAE SED ENIM MISERATUS AMOREM
DAEDALUS. IPSE DOLOS TECTI. AMBAGESQUE RESOLVIT.
CAECA REGENS FILO VESTIGIA. TU QUOQUE MAGNAM
PARTEM OPERE IN TANTO SINERET DOLOR ICARE HABERES.
BIS CONATUS ERAT CASUS EFFINGERE IN AURO.
BIS PATRIAE CECIDERE MANUS. QUIN PROTINUS OMNIA
PERLEGERENT OCULIS. NI IAM PRAEMISSUS ACHATES
ADFORET. ATQ. UNA PHOEBI. TRIVIAEQUE SACERDOS
DEIPHOBE GLAUCI. FATUR QUAE TALIA REGI.
NON HOC ISTA SIBI TEMPUS SPECTACULA POSCIT.
NUNC GREGE DE INTACTO SEPTEM MACTARE IUVENCOS
PRAESTITERIT. TOTIDEM LECTAS DE MORE BIDENTES.
TALIBUS ADFATA AENEAM. NEC SACRA MORANTUR
IUSSA VIRI. TEUCROS VOCAT ALTA IN TEMPLA SACERDOS.
EXCISUM EUBOICAE LATUS INGENS RUPIS IN ANTRUM.
QUO LATI DUCUNT ADITUS CENTUM. OSTIA CENTUM.
UNDE RUUNT TOTIDEM VOCES. RESPONSA SIBYLLAE.



Aen. libr. 6. verſ. 45.

VENTUM ERAT AD LIMEN. CUM VIRGO. POSCERE FATA
TEMPUS. AIT. DEUS ECCE. DEUS. CUI TALIA FANTI
ANTE FORES SUBITO. NON VULTUS. NON COLOR UNUS.
NON COMPTAE MANSERE COMAE. SED PECTUS ANHELUM.
ET RABIE FERA CORDA TUMENT. MAIORQUE VIDERI.
NEC MORTALE SONANS. ADFLATA EST NUMINE QUANDO

XXXI.

Aen. libr. 6. v. 219.

EXPEDIUNT. CORPUSQUE LAVANT FRIGENTIS. ET UNGUNT.
FIT GEMITUS. TUM MEMBRA TORO DEFLETA REPONUNT.
PURPUREASQUE SUPER VESTES. VELAMINA NOTA.
CONICIUNT. PARS INGENTI SUBIERE FERETRO.
TRISTE MINISTERIUM. ET SUBIECTAM MORE PARENTUM
AVERSI TENUERE FACEM. CONGESTA CREMANTUR
TUREA DONA. DAPES. FUSO CRATERES OLIVO.
POSTQUAM CONLAPSI CINERES. ET FLAMMA QUIEVIT.
RELLIQUIAS VINO. ET BIBULAM LAVERE FAVILLAM.
OSSAQUE LECTA CADO TEXIT CORYNEUS AENO.
IDEM TER SOCIOS PURA CIRCUMTULIT UNDA.
GEN
SPARS RORE LEVI. ET RAMO FELICIS OLIVAE.
LUSTRAVITQUE VIROS. DIXITQUE NOVISSIMA VERBA.
AT PIUS AENEAS INGENTI MOLE SEPULCHRUM
INPONIT. SUAQUE ARMA VIRO. REMUMQ. TUBAMQ.
MONTE SUB AERIO. QUI NUNC MISENUS AB ILLO
DICITUR. AETERNUMQUE TENET PER SECULA NOMEN.

Aen. libr. 6. verſ. 236.

HIS ACTIS. PROPERE EXEQUITUR PRAECEPTA SIBYLLAE.
SPELUNCA ALTA FUIT. VASTOQUE IMMANIS HIATU.
SCRUPEA. TUTA LACU NIGRO. NEMORUMQ. TENEBRIS.
QUAM SUPER HAUD ULLAE POTERANT IMPUNE VOLANTES
TENDERE ITER PENNIS. TALIS SESE HALITUS ATRIS
FAUCIBUS EFFUNDENS SUPERA AD CONVEXA FEREBAT.

Aen. libr. 6. verſ. 243.

QUATUOR HIC PRIMUM NIGRANTES TERGA JUVENCOS
CONSTITUIT. FRONTIQUE INVERGIT VINA SACERDOS.
ET SUMMAS CARPENS MEDIA INTER CORNUA SAETAS.
IGNIB. INPONIT SACRIS LIBAMINA PRIMA.
VOCE VOCANS HECATEN. CAELOQ. EREBOQUE POTENTEM.
SUPPONUNT ALII CULTROS. TEPIDUMQ. CRUOREM
SUSCIPIUNT PATERIS. IPSE ATRI VELLERIS AGNAM
AENEAS MATRI EUMENIDUM. MAGNAEQ. SORORI
ENSE FERIT. STERILEMQUE TIBI PROSERPINA VACCAM.
TUM STYGIO REGI NOCTURNAS INCHOAT ARAS.
ET SOLIDA INPONIT TAURORUM VISCERA FLAMMIS.
PINGUE SUPERQUE OLEUM FUNDENS ARDENTIB. EXTIS.
ECCE AUTEM PRIMI SUB LUMINA SOLIS. ET ORTUS.
SUB PEDIBUS MUGIRE SOLUM. ET IUGA COEPTA MOVERI
SILVARUM. VISAEQUE CANES ULULARE PER UMBRAM.
ADVENTANTE DEA. PROCUL O PROCUL ESTE PROFANI.
CONCLAMAT VATES. TOTOQUE ABSISTITE LUCO.
TUQUE INVADE VIAM. VAGINAQUE ERIPE FERRUM.
NUNC ANIMIS OPUS. AENEA. NUNC PECTORE FIRMO.
TANTUM EFFATA FURENS ANTRO SE IMMISIT APERTO.
ILLE DUCEM HAUD TIMIDIS VADENTEM PASSIBUS AEQUAT.

Aen. libr. 6. verſ. 264.

DI QUIBUS IMPERIUM EST ANIMARUM. UMBRAEQ. SILENTES.
ET CHAOS. ET PHLEGETHON. LOCA NOCTE SILENTIA LATE.
SIT MIHI FAS AUDITA LOQUI. SIT NUMINE VESTRO
PANDERE RES ALTA TERRA. ET CALIGINE MERSAS.
IBANT OBSCURI SOLA SUB NOCTE PER UMBRAM.
PERQUE DOMOS DITIS VACUAS. ET INANIA REGNA,
QUALE PER INCERTAM LUNAM SUB LUCE MALIGNA
EST ITER IN SILVIS. UBI CAELUM CONDIDIT UMBRA
IUPPITER. ET REBUS NOX ABSTULIT ATRA COLOREM,

XXXII.

Aen. libr. 6. verſ. 393.

ACCEPISSE LACU. NEC THESEA. PIRITHOUMQUE.
DIS QUAMQUAM GENITI. ATQUE INVICTI VIRIBUS ESSENT.
TARTAREUM ILLE MANU CUSTODEM IN VINCLA PETIVIT
IPSIUS A SOLIO REGIS. TRAXITQUE TREMENTEM.
HI DOMINAM DITIS THALAMO DEDUCERE ADORTI.
CONTRA BREVITER FATA EST AMPHRYSIA VATES.
NULLAE HIC INSIDIAE TALES. ABSISTE MOVERI.
NEC VIM TELA FERUNT. LICET INGENS IANITOR ANTRO
AETERNUM LATRANS EXANGUES TERREAT UMBRAS.
CASTA LICET PATRUI SERVET PROSERPINA LIMEN.
TROIUS AENEAS PIETATE INSIGNIS. ET ARMIS.
AD GENITOREM IMAS EREBI DESCENDIT AD UMBRAS.
SI TE NULLA MOVET TANTAE PIETATIS IMAGO.
AT RAMUM HUNC. APERIT RAMUM QUI VESTE LATEBAT.
ADGNOSCAS. TUMIDA EX IRA TUM CORDA RESIDUNT.
NEC PLURA HIS. ILLE ADMIRANS VENERABILE DONUM
FATALIS VIRGAE. LONGO POST TEMPORE VISUM.
CAERULEAM ADVERTIT PUPPIM. RIPAEQ. PROPINQUAT.
INDE ALIAS ANIMAS. QUAE PER IUGA LONGA SEDEBANT.
DETURBAT. LAXATQUE FOROS. SIMUL ACCIPIT ALVEO
INGENTEM AENEAM. GEMUIT SUB PONDERE CYMBA

Aen. libr. 6. verſ. 414.

SUTILIS. ET MULTAM ACCEPIT RIMOSA PALUDEM.
TANDEM TRANS FLUVIUM INCOLUMES VATEMQUE VIRUMQ.
INFORMI LIMO. GLAUCAQUE EXPONIT IN ULVA.



CERBERUS HAEC INGENS LATRATU REGNA TRIFAUCI
PERSONAT. ADVERSO RECUBANS IMMANIS IN ANTRO.
CUI VATES HORRERE VIDENS IAM COLLA COLUBRIS.
MELLE SOPORATAM. ET MEDICATIS FRUGIBUS OFFAM
OBIICIT. ILLE FAME RABIDA TRIA GUTTURA PANDENS.
CORRIPIT OBIECTAM. ATQUE IMMANIA TERGA RESOLVIT
FUSUS HUMI. TOTOQ. INGENS EXTENDITUR ANTRO.

XXXIII.

Aen. libr. 6. verf. 491.

INGENTI TREPIDARE METU. PARS VERTERE TERGA.
CEU QUONDAM PETIERE RATES. PARS TOLLERE VOCEM
EXIGUAM. INCEPTUS CLAMOR FRUSTRATUR HIANTES.



ATQUE HIC PRIAMIDEN LANIATUM CORPORE TOTO
DEIPHOBUM VIDIT. LACERUM CRUDELITER ORA.
ORA. MANUSQUE AMBAS. POPULATAQUE TEMPORA RAP . . .
AURIBUS. ET TRUNCAS INHONESTO VULNERE NA . . .
VIX ADEO AGNOVIT PAVITANTEM. ET DIRA TEG . . . . .

Aen. libr. 6. verf. 499.

SUPPLICIA. ET NOTIS COMPELLAT VOCIBUS ULTRO:
DEIPHOBE ARMIPOTENS. GENUS ALTO A SANGUINE TEUCRI.
QUIS TAM CRUDELES OPTAVIT SUMERE POENAS.
CUI TANTUM DE TE LICUIT. MIHI FAMA SUPREMA
NOCTE TULIT. FESSUM VASTA DE CAEDE PELASGUM
PROCUBUISSE SUPER CONFUSAE STRAGIS ACERVUM.
TUNC EGOMET TUMULUM RHOETEO IN LITORE INANEM.
CONSTITUI. ET MAGNA MANES TER VOCE VOCAVI.
NOMEN. ET ARMA LOCUM SERVANT. TE. AMICE. NEQUIVI
CONSPICERE. ET PATRIA DECEDENS PONERE TERRA.
AD QUAE HIC PRIAMIDES. NIHILO TIBI AMICE RELICTUM.
OMNIA DEIPHOBO SOLVISTI. ET FUNERIS UMBRIS.
SED ME FATA MEA. ET SCELUS EXITIALE LACAENAE
HIS MERSERE MALIS. ILLA HAEC MONUMENTA RELIQUIT.
NAMQUE. UT SUPREMAM FALSA INTER GAUDIA NOCTEM
. . ERIMUS. NOSTI. ET NIMIUM MEMINISSE NECESSE EST.
. . . FATALIS EQUUS SALTU SUPER ARDUA VENIT
. . . . MA. ET ARMATUM PEDITEM GRAVIS ATTULIT ALVO.
. . . . . . UM SIMULANS. EVHANTES ORGIA CIRCUM
. . . . PHRYGIAS. FLAMMAM MEDIA IPSA TENEBAT
. . . . SUMMA DANAOS EX ARCE VOCABAT.

Aen. libr. 6. verſ. 520.

TUM ME CONFECTUM CURIS. SOMNOQUE GRAVATUM.
INFELIX HABUIT THALAMUS, PRESSITQUE IACENTEM
DULCIS ET ALTA QUIES. PLACIDAEQ. SIMILLIMA MORTI.
EGREGIA INTEREA CONIUNX. ARMA OMNIA TECTIS
AMOVET. ET FIDUM CAPITI SUBDUXERAT ENSEM.
INTRA TECTA VOCAT MENELAUM. ET LIMINA PANDIT.
SCILICET ID MAGNUM SPERANS FORE MUNUS AMANTI.
ET FAMĀ EXTINGUI VETERUM SIC POSSE MALORUM.
QUID MOROR. INRUMPUNT THALAMO. COMES ADDITUR UNA
HORTATOR SCELERUM EOLIADES. DI TALIA GRAIS
INSTAURATÀE. PIO SI POENAS ORE REPOSCO.
SED TE QUI VIVUM CASUS. AGE FARE VICISSIM
ATTULERINT. PELAGINE VENIS ERRORIBUS ACTUS.
AN MONITU DIVUM. AN QUAE TE FORTUNA FATIGAT.
UT TRISTIS SINE SOLE DOMOS. LOCA TURBIDA ADIRES.
HAC VICE SERMONUM. ROSEIS AURORA QUADRIGIS.
IAM MEDIUM AETHERIO CURSU TRAIECERAT AXEM.
ET FORS OMNE DATUM TRAHERENT PER TALIA TEMPUS.
SED COMES ADMONUIT. BREVITERQUE ADFATA SYBILLA EST.
NOX RUIT AENEA. NOS FLENDO DUCIMUS HORAS.
HIC LOCUS EST. PARTIS UBI SE VIA FINDIT IN AMBAS.

Aen. libr. 6. verſ. 541.

DEXTERA QUAE DITIS MAGNI SUB MOENIA TENDIT.
HAEC ITER ELYSIUM NOBIS. AD[T] LAEVA MALORUM
EXERCET POENAS. ET AD IMPIA TARTARA MITTIT.
DEIPHOBUS CONTRA. NE SAEVI MAGNA SACERDOS.
DISCEDAM. EXPLEBO NUMERUM. REDDARQ. TENEBRIS.
I DECUS. I. NOSTRUM MELIORIBUS UTERE FATIS.
TANTUM EFFATUS. ET IN VERBO VESTIGIA TORSIT.
RESPICIT AENEAS SUBITO. ET SUB RUPE SINISTRA
MOENIA LATA VIDET. TRIPLICI CIRCUMDATA MURO.
QUAE RAPIDUS FLAMMIS AMBIT TORRENTIB. AMNIS
TARTAREUS PHLEGETON. TORQUE[QUET] SONANTIA SAXA.
PORTA ADVERSA INGENS. SOLIDOQ. ADAMANTE COLUMNAE.
VIS UT NULLA VIRUM. NON IPSI EXCINDERE BELLO
CAELICOLAE VALEANT. STAT FERREA TURIS[R] AD AURAS.
TISIPHONEQ. SEDENS. PALLA SUCCINCTA CRUENTA
VESTIBULUM EXSOMNIS SERVAT NOCTESQ. DIESQUE.
HINC EXAUDIRI GEMITUS. ET SAEVA SONARE
VERBERA. TUM STRIDOR FERRI. TRACTAEQUE CATENAE.
CONSTITIT AENEAS. STREPITUMQ. EXTERRITUS HAESIT[U].

XXXIIII.

Aen. libr. 6. verf. 589.

IBAT OVANS. DIVUMQUE SIBI POSCEBAT HONOREM.
DEMENS. QUI NIMBOS. ET NON IMITABILE FULMEN.
AERE. ET CORNIPEDUM PULSU [CURSU] SIMULARAT [E] EQUORUM.
AT PATER OMNIPOTENS. DENSA INTER NUBILA TELUM
CONTORSIT. NON ILLE FACES. NEC FUMEA TAEDIS
LUMINA. PRAECIPITEMQ. IMMANI TURBINE ADEGIT.
NEC NON ET TITYON. TERRAE OMNIPOTENTIS [AR] ALUMNUM.
CERNERE ERAT. PE [R] TOTA NOVEM CUI IUGERA CORPUS
PORRIGITUR. ROSTROQUE IMMANIS VULTUR ABUNCO
IMMORTALE IECUR TONDENS. FECUNDAQ. POENIS
VISCERA. RIMATURQ. AEPULIS. HABITATQ. SUB ALTO
PECTORE. NEC FIBRIS REQUIES DATUR ULLA RENATIS.
QUID MEMOREM LAPHITHAS. IXIONA. PIRITHOUMQUE
QUOD [S] SUPER ATRA SILEX. IAM IAM LABSURA. CADENTIQUE
IMMINET ADSIMILIS. LUCENT GENIALIBUS ALTIS.
AUREA FULCRA TORIS. AEPULAEQ. ANTE ORA PARATAE
REGIFICO LUXU. FURIARUM MAXIMA IUXTA
ACCUBAT. ET MANIBUS PROHIBET CONTINGERE MENSAS
EXSURGITQ. FACEM ATTOLLENS. ATQ. INTONAT ORE.
HIC QUIB. INVISI FRATRES DUM VITA MANEBAT.
PULSATUSVE PARENS. ET FRAUS INNEXA CLIENTI.

Aen. libr. 6. verf. 610.

AUT QUI DIVITIIS SOLI INCUBUERE REPERTIS.
NEC PARTEM POSUERE SUIS. QUAE MAXIMA TURBA EST.
QUIQ. OB ADULTERIUM CAESI. QUI. ARMA SECUTI
IMPIA. NEC VERITI DOMINORUM FALLERE DEXTRAS.
INCULSI POENAM EXSPECTANT. NE QUAERE DOCERI
QUAM POENAM. AUT QUAE FORMA VIROS FORTUNAVE MERSIT.
SAXUM INGENS VOLVUNT ALII. RADIISQUE ROTARUM
DESTRICTI PENDENT. SEDET. AETERNUMQ. SEDEBIT
INFELIX THESEUS. FLEGYASQ. MISERRIMUS OMNIS
ADMONET. ET MAGNA TESTATUR VOCE PER UMBRAS.
DISCITE IUSTITIAM MONITI. ET NON TEMNERE DIBVS.
VENDIDIT HIC AURO PATRIAM. DOMINUMQ. POTENTEM
INPOSUIT. FIXIT LEGES PRETIO. ATQUE REFIXIT.
HIC THALAMUM INVASIT NATAE. VETITOSQ. HYMENAEOS.
AUSI OMNES IMMANE NEFAS. AUSOQUE POTITI.
NON MIHI SI LINGUAE CENTUM SINT. ORAQUE CENTUM.
FERREA VOX. OMNES SCELERUM COMPRÄENDERE FORMAS.
OMNIA POENARUM PERCURRERE NOMINA POSSIM.



Aen. libr. 6. v. 628.

HAEC UBI DICTA DEDIT PHOEBI LONGAEVA SACERDOS.
SED IAM AGE CARPE VIAM. ET SUSCEPTUM PERFICE MUNUS.
ADCELEREMUS AIT. CYCLOPUM DUCTA CAMINIS
MOENIA CONSPICIO. ADQUE ADVERSO FORNICE PORTAS.
HAEC UBI NOS PRAECEPTA JUBENT DEPONERE DONA.
DIXERAT. ET PARITER GRESSI PER OPACA VIARUM
CORRIPIUNT SPATIUM MEDIUM. FORIBUSQUE PROPINQUANT.
OCCUPAT AENEAS ADITUM. CORPUSQUE RECENTI.

Aen. libr. 6. verf. 636.

SPARGIT AQUA. RAMUMQ. ADVERSO IN LIMINE FIGIT.
HIS DEMUM EXACTIS. PERFECT[O]U MUNERE DIVAE.
DEVENERE L[O]UCOS LAETOS. ET AMOENA VIRECTA
FORTUNATORUM NEMORUM. SEDESQUE BEATAS.
LARGIORI HIC CAMP[O]US AETHER. ET LUMINE VESTIT
PURPUREO. SOLEMQ. SUUM SUA SIDERA NORUNT.
PARS IN GRAMINEIS EXERCENT MEMBRA PALAESTRIS.
CONTENDUNT LUDO. ET FULVA LUCTANTUR HARENA.
PARS PEDIBUS PLAUDUNT CHOREAS. ET CARMINA DICUNT.
NECNON THRAEICIUS LONGA CUM VESTE SACERDOS.
OBLOQUITUR NUMERIS SEPTEM DISCRIMINA VOCUM.
IAMQUE EADEM DIG[I]TIS. IAM PECTINE PULSA[T] EBURNO.
HIC GENUS ANTIQUM TEUCRI. PULCHERRIMA PROLES.
MAGNANIMI HEROES. NATI MELIORIBUS ANNIS.
ILUSQUE. ASSARACUSQUE. ET TROIAE DARDANUS AUCTOR.
ARMA PROCUL CURRUSQUE VIRUM MIRANTUR INANIS.
STANT TERRAE DEFIXAE HASTAE. PASSIMQUE SOLUTI
PER CAMPUM PASCUNTUR EQUI. QUAE GRATIA CURR[U]UM.
ARMORUMQUE FUIT VIVIS QUAE CURA NITENTIS
PASCERE EQUOS. EADEM SEQUITUR TELLURE REPOST[O]US.
CONSPICIT ECCE ALIOS DEXTRA LAEVAQUE PER HERBAM

Aen. libr. 6. verſ. 657.

NA
ACA
VESCENTIS. LAETUMQ. CHORO PAENENTIS.
INTER ODORATUM LAURI NEMUS. UNDE SUPERNE
PLURIMUS ERIDANI PAER SILVĀ VOLVITUR AMNIS.
HIC MANUS OB PATRIAM PUGNANDO VULNERA PASSI.
QUIQUE SACERDOTES CASTI. DUM VITA MANEBAT.
QUIQUE PII VATES. ET PHOEBO DIGNA LOCUTI.
INVENTAS AUT QUI VITAM EXCOLUERE PER ARTES.
QUIQUE SUI MEMORES ALIQUOS FECERE MERENDO.
T
OMNIBUS HIS NIVEA CINGUNTUR TEMPORA VITA.
QUOS CIRCUMFUSOS. SIC EST ADFATA SIBYLLA
MUSAEUM ANTE OMNIS. MAEDIUM NAM PLURIMA TURBA
HUNC HABET. ATQUE UMERIS EXSTANTEM SUSPICIT ALTIS.

Aen. libr. 6. verſ. 669.

DICITE. FELICES ANIMAE. TUQUE OPTIME VATES.
QUAE REGIO ANCHISEN. QUIS HABET. LOCUS. ILLIUS ERGO
VENIMUS. ET MAGNOS. EREBI. TRANAVIMUS AMNES.
ATQUE. HUIC. RESPONSUM. PAUCIS. ITA. REDDIDIT. HEROS.
NULLI. CERTA. DOMUS. LUCIS HABITAMUS OPACIS.
RIPARUMQUE. TOROS. ET PRATA. RECENTIA. RIVIS
INCOLIMUS. SED VOS SI. FERT ITA. CORDE. VOLUNTAS
HOC SUPERATE. IUGUM. ET. FACILI. IAM TRAMITE SISTAM.

Aen. libr. 6. verſ. 677.

DIXIT. ET ANTE TULIT GRESSUM. CAMPOSQUE NITENTIS
DESUPER OSTENTANT. DEHINC SUMMA CACUMINA LINQUNT.
AT PATER. ANCHISES. PENITUS CUMVALLE VIRENTI
INCLUSAS. ANIMAS. SUPERUM. QUE AD LUMEN. ITURAS
LUSTRABAT. STUDIO. RECOLENS. OMNEM. QUE. SUORUM
FORTE. RECENSEBAT. NUMERUM. CAROS. QUE. NEPOTES.
FATA. QUE. FORTUNASQ. VIRUM. MORESQUE. MANUS. QUE.
IS. QUE. UBI. TENDENTEM. ADVERSUM. PER GRAMINA VIDIT
AENEAN. ALACRIS PALMAS UTRASQUE TETENDIT.
EFFUSAEQUE GENIS LACRIMAE. ET VOX EXCIDIT ORE.
VENISTI TANDEM. TUAQUE EXPECTATA PARENTI
VICIT ITER DURUM PIETAS. DATUR ORA TUERI
NATE TUA. ET NOTAS AUDIRE. ET REDDERE VOCES.
SIC EQUIDEM DUCEBAM ANIMO. REBARQ. FUTURUM
TEMPORA DINUMERANS. NEC ME MEA CURA FEFELLIT.
QUAS EGO TE TERRAS. ET QUANTA PER AEQUORA VECTUM
ACCIPIO. QUANTIS IACTATUM NATE PERICLIS.
QUAM METUI NE QUIT LIBYAE TIBI REGNA NOCERENT.
ILLE AUTEM. TUA ME GENITOR. TUA TRISTIS IMAGO.
SAEPIUS OCCURRENS. HAEC LIMINA TENDERE ADEGIT.
STANT SALE TYRRHENO CLASSES. DA JUNGERE DEXTRAM.

Aen. libr. 6. verſ. 698.

DA GENITOR. TEQUE AMPLEXU NE SUBTRAHE NOSTRO.
SIC MEMORANS. LARGO FLETU SIMUL ORA RIGAEBANT.
TER CONATUS IBI COLLO DARE BRACCHIA CIRCUM.
TER FRUSTRA COMPRENSA MANUS EFFUGIT IMAGO.
PARS LEVIBUS VENTIS. VOLUCRIQUE SIMILLIMA SOMNO.
INTEREA VIDET AENEAS IN VALLE REDUCTA
SECLUSUM NEMUS. ET VIRGULTA SONANTIA SILVIS.
LETHEUMQUE. DOMOS PLACIDAS. QUI PRAENATAT AMNEM.
HUNC CIRCUM INNUMERAE GENTES. POPULIQUE VOLABANT.
AC VELUT IN PRATIS. UBI APES AESTATE SERENA
FLORIBUS INSIDUNT VARIIS. ET CANDIDA CIRCUM
LILIA FUNDUNTUR. STREPIT OMNIS MURMURE CAMPUS.
HORRESCIT VISU SUBITO. CAUSASQUE REQUIRIT
INSCIUS AENEAS. QUAE SINT EA FLUMINA PORRO.
QUIVE VIRI TANTO COMPLERINT AGMINE RIPAS.
TUM PATER ANCHISES. ANIMAE QUIBUS ALTERA FATO
CORPORA DEBENTUR. LETHAEI AD FLUMINIS UNDAM
SECUROS LATICES. ET LONGA OBLIVIA POTANT.
HAS EQUIDEM MEMORARE TIBI. ATQUE OSTENDERE CORAM
IAMPRIDEM HANC PROLEM CUPIO ENUMERARE MEORUM;
QUO MAGIS ITALIAM MECUM LAETERE REPERTA

Aen. libr. 6. verf. 719.

O PATER. ANNE ALIQUAS AD CAELUM HINC IRE PUTANDUM
SUBLIMIS ANIMAS, ITERUMQ. AD TARDA REVERTI
CORPORA. QUAE LUCIS MISERIS TAM DIRA CUPIDO EST.
DICAM EQUIDEM. NEC TE SUSPENSUM NATE TENEBO.
SUSCIPIT ANCHISES. ADQUE ORDINE SINGULA PANDIT.
PRINCIPIO CAELUM AC TERRAM CAMPOSQ. LIQUENTIS.
LUCENTEMQUE GLOBUM LUNA. TITANIAQ. ASTRA.
SPIRITUS INTUS ALIT. TUTAMQ. INFUCA PER ARTUS
MENS AGITAT MOLEM. ET MAGNO SE CORPORE MISCET.
INDE HOMINUM PECUDUMQUE GENUS. VITAEQ. VOLANTU.
ET QUAE MARMOREO FERT MONSTRA SUB AEQUORE PONTUS;
IGNEUS EOLLIS VIGOR. ET CAELESTIS ORIGO
SEMINIBUS. QUANTUM NON NOXIA CORPORA TARDANT.
TERRHENIQ. HEBETANT ARTUS. MORIBUNDAQ. MEMBRA.
HINC METUUNT CUPIUNTQ. DOLENT GAUDENT NEQ. AURAS
DESPICIUNT. CLUSAE TENEBRIS. ET CARCERE CAECO.
QUIN ET SUPPREMO CUM LUMINE VITA RELINQUIT.
NON TAMEN OMNE MALUM MISERIS. NEC FUNDITUS OMNIS
CORPOREAE EXCEDUNT PESTES. PENITUSQUE NECESSE EST
MULTA DIU CONCRETA MODIS INOLESCERE MIRIS.
ERGO EXERCENTUR POENIS. VETERUMQUE MALORUM

Aen. libr. 6. verf. 740.

SUPPLICIA EXPENDUNT . ALIAE PANDUNTUR INANES
SUSPENSAE AD VENTUS . ALIIS SUB GURGITE VASTO
INFECTUM ELUITUR SCELUS . ADQUE EXURITUR IGNI .
QUISQUE SUOS PATIMUR MANIS . EXINDE PER AMPLUM
MITTIMUR ELYSIUM . ET PAUCI LAETA ARVA TENEMUS .
DONEC LONGA DIES PERFECTO TEMPORIS ORBE .
CONCRETA[M] EXEMIT LABEM . PURUMQUE RELINQUIT
AETHERIUM SENSUM . ADQUE AUR[A]E SIMPLICIS IGNEM .
HAS OMNIS . UBI MILLE ROTAM VOLVERE PER ANNOS .
LAETHEUM AD FLUVIUM . DEUS EVOCAT AGMINE MAGNO .
SCILICET IMMEMORES . SUPERA AUT CONVEXA REVISANT .
RURSUS ET INCIPIANT IN CORPORA VELLE REVERTI .
DIXERAT ANCHISES . NATUMQUE . UNAQUE SIBYLLAM
CONVENTUS TRAHIT IN MEDIOS . TURBAMQ. SONANTEM .
ET TUMULUM CAPIT . UNDE OMNIS LONGO ORDINE POSSIT
ADVERSUS LEGERE . ET VENIENTUM DISCERE VULTUS .

XXXV.

Aen. libr. 6. v. 858.

SISTET EQUES. STERNET POENOS. GALLUMQ. REBELLEM.
TERTIAQ. ARMA PATRIS SUSPENDET CAPTA QUIRINO.
ATQ. HIC AENEAS. UNA NAMQUE IRE VIDEBAT
AEGREGIUM FORMAM IUVENEM. ET FULGENTIB. ARMIS.
SED FR[ON]AUS LAETA PARUM. ET DEIECTO LUMINA VULTU
QUIS PATER ILLE VIRUM. QUI SIC COMITATUR EUNTEM.
FILIUS. ANNE ALIQUIS MAGNA DE STIRPE NEPOTUM.
QUISTREPIDUS CIRCA COMITUM. QUANTUM INSTAR IN IPSO.
SED NOX ATRA CAPUT TRISTI CIRCUMVOLAT UMBRA.
TUM PATER ANCHISES LACRIMIS INGRESSUS OBORTIS.
O NATE. INGENTEM LUCTUM NE QUAERE TUORUM.
OSTENDENT TERRIS HUNC TANTUM FATA. NEQ. ULTRA
ESSE SINENT. NIMIUM VOBIS ROMANA PROPAGO
VISA POTENS SUPERI. PROPRIA HAEC SI DONA FUISSENT.

XXXVI.

Aen. libr. 6. verf. 879.

DEXTERA . NON ILLI SE QUISQUAM INPUNE TULISSET
OBVIUS ARMATO . SEU CUM PEDES IRET IN HOSTEM .
SEU SPUMANTIS EQUI FOEDERET CALCARIBUS ARMOS .
E
HU MISERANDE PUER . SI QUA FATA ASPERA RUMPAS ,
TU MARCELLUS ERIS . MANIBUS DATE LILIA PLENIS .
PURPUREOS SPARGAM FLORES . ANIMAMQ. NEPOTIS
HIS SALTEM ADCUMULEM DONIS . ET FUNGAR INANIS
MUNERE . SIC TOTA PASSIM REGIONE VAGANTUR .
AERIS IN CAMPIS LATIS . ATQUE OMNIA LUSTRANT .
QUAM
QUAE POST ANCHISES NATUM PER SINGULA DUXIT .
INCENDITQ. ANIMUM FAMAE VENIENTIS AMORE .
N
EXIM BELLA VIRO MEMORAT . QUAE DEINDE GERENDA ,
LAURENTISQUE DOCET POPULOS . URBEMQUE LATINI .
T
E QUO QUEMQUE MODO FUGIATQUE FERATQUE LABOREM .

Aen. libr. 6. verſ. 893.

SUNT. GEMINAE [s]OMNI PORTAE. QUARUM ALTERA FERTUR
CORNEA. QUA VERIS FACILIS DATUR EXITUS UMBRIS.
ALTERA CANDENTI PERFECTA NITENS ELEPHANTO.
SED FALSA AD CAELUM MITTUNT. INSOMNIA. MANES.
HIS IBI TUM NATUM. ANCHISES. UNAQUE. SIBYLLAM
PROSEQUITUR. DICTIS. PORTAQUE EMITTIT. EBURNA.
ILLE VIAM SECAT AD NAVES. SOCIOSQUE REVISIT.

Aen. libr. 6. verſ. 900.

TUM SE AD CAIETAE RECTO FERT LITORE PORTUM.

ANC[H]ORA DE PRORA IACITUR. STANT LITORE PUPPES.

XXXVII.

Aen. libr. 7. verſ. 5.

AT PIUS EXEQUIIS AENEAS RITE SOLUTIS.
AGGERE COMPOSITO TUMULI POSTQUAM ALTA QUIERUNT
AEQUORA. TENDIT ITER VELIS. PORTUMQUE RELINQUIT.
ADSPIRANT AURAE IN NOCTEM. NEC CANDIDA CURSUM
LUNA NEGAT. SPLENDENT TREMULO SUB LUMINE PONTUS.



Aen. libr. 7. verf. 10.

PROXIMA CIRCAEAE. RADUNTUR LITORA TERRAE.
DIVES INACCESSOS. UBI SOLIS FILIA LUCOS
ADSIDUO RESONAT CANTU. TECTISQ. SUPERBIS
URIT ODORATAM NOCTURNA IN LUMINA CEDRUM.
ARGUTO TENUIS PERCURRENS PECTINE TELAS.
HINC EXAUDIRI GEMITUS. IRAEQUE LEONUM
VINCLA RECUSANTUM. ET SERA SUB NOCTE RUDENTUM.
SAETIGERIQUE SUES. ATQUE IN PRAESEPIBUS URSI
SAEVIRE. AC FORMAE MAGNORUM ULULARE LUPORUM.
QUOS HOMINUM EX FACIE DEA SAEVA POTENTIB. HERBIS.
INDUERAT CIRCE. IN VULTUS AC TERGA FERARUM
QUAE NE MONSTRA PII PATERENTUR TALIA TROES.
DELATI IN PORTUS. NEU LITORA DIRA SUBIRENT.
NEPTUNUS VENTIS INPLEVIT VELA SECUNDIS.
ATQ. FUGAM DEDIT. ET PRAETER VADA FERVIDA VEXIT.
IAM Q RUBESCEBAT RADIIS MARE. ET AETHERE AB ALTO.
AURORA IN ROSEIS FULGEBAT LUTEA BIGIS.
CUM VENTI POSUERE. OMNISQUE REPENTE RESEDIT
FLATUS. ET IN LENTO LUCTANTUR MARMORE TONSAE.
ATQUE HIC AENEAS INGENTEM EX AEQUORE LUCUM
PROSPICIT. HUNC INTER FLUVIO TIBERINUS AMOENO

Aen. libr. 7. verf. 31.

VERTICIBUS RAPIDIS. ET MULTA FLAVUS HERENA
IN MARE PRORUMPIT. VARIAE CIRCUMQUE SUPRAQUE
ADSUAETAE RIPIS VOLUCRES. ET FLUMINIS ALVEO.
AETHERA MULCEBANT CANTU. LUCOQUE VOLABANT.
FLECTERE ITER SOCIIS. TERRAEQUE ADVERTERE PRORAS
IMPERAT. ET LAETUS FLUVIO SUCCEDIT OPACO.
NUNC AGE QUI REGES ERATO. QUAE TEMPORA RERUM.
QUIS LATIOR ANTIQUO FUERIT STATUS. ADVENA CLASSEM
CUM PRIMUM AUSONIIS EXERCITUS ADPULIT ORIS.
EXPEDIAM. ET PRIMAE REVOCABO EXORDIA PUGNAE:
TU VATEM. TU DIVA. MONE. DICAM HORRIDA BELLA:
DICAM ACIES. ACTOSQUE ANIMIS IN FUNERA REGES.
TYRRHENAMQUE MANUM. TOTAMQUE SUB ARMA COACTA
HESPERIAM. MAIOR RERUM MIHI NASCITUR ORDO.
MAIUS OPUS MONEO. REX ARVA LATINUS. ET URBES:
IAM SENIOR. LONGA PLACIDAS IM PACE REGEBAT.
HUNC FAUNO ET NYMPHA GENITUM. LAURENTE MARICA.
ACCIPIMUS. FAUNO PICUS PATER. ISQUE PARENTEM
TE SATURNE REFERT. TU SANGUINIS ULTIMUS AUCTOR.
FILIUS HUIC FATO DIVUM. PROLESQUE VIRILIS
NULLA FUIT. PRIMAQUE ORIENS EREPTA IUVENTA EST:

Aen. libr. 7. verf. 52.

SOLA DOMUM. ET TANTAS SERVABAT FILIA SEDES.
IAM MATURA VIRO. IAM PLENIS NUBILIS ANNIS
MULTI ILLAM MAGNO E LATIO. TOTAQUE PETEBANT
AUSONIA. PETIT ANTE ALIOS PULCHERRIMUS OMNES
TURNUS. AVIS. ATAVISQ. POTENS. QUEM REGIA CONIUNX
ADIUNGI GENERUM MIRO PROPERABAT AMORE.
SED VARIIS PORTENTA DEUM TERRORIBUS OBSTANT.

XXXVIII.

Aen. libr. 7. v. 179.

VITISATOR. CURVAM SERVANS SUB IMAGINE FALCEM.
SATURQUE[NUS] SENEX. IANIQUE BIFRONTIS IMAGO.
VESTIBULO ADSTABANT. ALIQUE[I] AB ORIGINE REGES.
MARTIA QUI OB PATRIAM PUGNANDO VULNERA PASSI.
MULTAQUE PRAETEREA SACRIS IN POSTIB. ARMA.
CAPTIVI PENDENT CURRUS. CURVAEQUE SECURES.
ET CRISTAE CAPITUM. ET PORTARUM INGENTIA CLAUSTRA.
SPICULAQUE CLIPEIQ. EREPTAQUE ROSTRA CARINIS.
IPSE QUIRINALI LITUO PARVAQUE SEDEBAT
PICUS EQUUM DOMITOR. QUEM CAPTA CUPIDINE CONIUNX
AUREA PERCUSSUM VIRGA. VERSUMQUE VENENIS
FECIT AVEM CIRCE. ISPARSITQUE COLORIBUS ALAS.
TALI INTUS TEMPLO DIVUM. PATRIAQUE LATINUS
SEDE SEDENS. TEUCROS AD SESE IN TECTA VOCAVIT.
ATQUE HAEC INGRESSIS PLACIDO PRIOR EDIDIT ORE.

SUCCINCTUS TRABEA. LAEVAQ. ANCILE[H] GEREBAT

Aen. libr. 7. verſ. 195.

DICITAE DARDANIDAE. NEQ. ENIM NESCIMUS ET URBEM.
ET GENUS. AUDITIQ. ADVERTITIS AEQUORE CURSUM.
QUID PETITIS. QUAE CAUSA RATES. AUT CUIUS EGENTES
LITUS AD AUSONIUM. TOT PER VADA CAERULA VEXIT.
SIVE ERRORE VIAE. SEU TEMPESTATIBUS ACTI.
QUALIA MULTA MARI. NAUTAE PATIUNTUR IN ALTO.

Aen. libr. 7. verſ. 201.

FLUMINIS INTRASTIS RIPAS . PORTUQ. SEDETIS .
NE FUGITE HOSPITIUM . NEV[E] IGNORATE LATINOS
SATURNI GENTEM . HAUD VINCLO . NEC LEGIBUS AEQUAM
SPONTE SUA . VETERISQUE DEI SE MORE TENENTEM .
